



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)





in diebus illis



et in diebus illis



et in diebus illis

Musical notation on a five-line staff with red lines and black square notes. A large, ornate initial letter 'Q' is written in red ink, spanning across the staff.

et in diebus illis



et in diebus illis


74  
1227




Th. 3227.

J. I  
19.





















R. P.

MAXIMILIANI

SANDÆI

*E Societ. IESV Doct. Theol.*

PARADISVS

*Amarantium, Colentium,*

*Imitantium*

CHRISTVM

CRUCIFIXVM.

*Liber Collegij Societ. IESV  
Paderb.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud WILHELMVM FRIESSEM.

---

ANNO M.DC.XLVIII.

*Permissu Superiorum.*



THE UNIVERSITY OF

THE STATE OF

NEW YORK

IN SENATE

January 15, 1862

REPORT

OF THE

COMMISSIONERS

OF THE LAND OFFICE

AND

OF THE COLONIAL RECORDS

FOR THE YEAR 1861

ALBANY:

WILEY & SON, PRINTERS.







EPISTOLA

Finis O-  
pusculorū  
de Cruci-  
fixo ho-  
norato,

Amor.

Cultus.  
Imitatio.

triplicis scriptio-  
nis, & plu-  
rium libellorum, quos in  
lucem emisi de CHRISTO  
CRUCIFIXO HONORATO  
non est alius, quàm ut  
Quilibet, qui Christiani  
nomine censetur, ac potis-  
simùm Viri, & Iuvenes  
Sapientia humana, Di-  
uinaq; studiosi, atque in-  
ter illos signatè, B.<sup>ma</sup> Vir-  
ginis MARIÆ Sodalis, ex-  
citetur, exstimuletur, &  
inflammetur ad Amo-  
rem, Cultum, ac Imita-  
tionem IESU CHRISTI

CRV.



DEDICATORIA

CRUCIFIXI. Et Quisq; ita  
se habeat in omnibus suis  
Actionibus, Verbis, ac  
Cogitationibus, ut meri-  
tò vocari possit

AMATOR, CULTOR, IMI-  
TATOR DEI pro nobis

Trium  
coniunctio.

CRUCIFIXI. In quo tria  
illa semper cōiungantur,  
AMOR, CULTVS, IMITA-  
TIO; firmiterq; sibi persua-  
deat, quod in exercitio  
Amoris, Cultus Imitati-  
onis CRUCIFIXI, consistat  
hominis Christiani, cuius-  
cumq; sit status, gradus,

(?) 3 aut



aut ordinis, vera perfe-  
ctio.

Deuotio.

Pietas erga  
Cruci-  
fixum.

Tria autem illa cōplecti-  
tur Deuotio, ut Magistri  
spirituales loquuntur, seu  
Pietas erga CHRISTVM  
PASSVM, ac CRUCIFIXVM.

Quam persuadere conor,  
atq; si possem extremo co-  
natu, omnium animis tā-  
quā celte in silice, in scul-  
pere. Siquidem, superat  
omnes alias, vel potius, est  
omnis alia: quare, qui illā  
possidet, omnium aliarū  
est particeps: Et unica  
illa.



DEDICATORIA.

illa, si exerceatur, ut de-  
bet, suis cū appendicibus,  
sufficit. Eadem continet,  
tum dignitatem, tum iu-  
cunditatem, tum utilita-  
tem & fructum cuiusque  
alterius. Quod utinam!  
quàm est certū, tam esse  
omnibus persuasum. Sa-  
nè, non reperiretur ullus  
salutis amans suæ, qui  
quotidie nō daret aliquid  
temporis, exercendo De-  
uotionem erga CRUCIFIX-  
VM suum Dominum.

Eo fine, post varia de hoc Paradisus.

(?)

4

titulo



EPISTOLA

titulo edita in publicum  
Opuscula, quæ fuere de-  
dicata ijs, quibus ma-  
ximè vsui esse posse opina-  
bar, prodit iam eiusdem  
argumenti, diuersa fröte,  
libellus, cuius est inscriptio.

P A R A D I S V S

*Amantium, Colentium, Imitantium*

CHRISTVM CRUCIFIXVM.

Causa  
declara-  
tionis.

Quem Tibi, Vir Am-  
plissime, à multo tempo-  
re destinavi. Tum quod  
Te, quamuis natum, edu-  
catumque ( quod & mihi  
contigit ) in eâ regione, è  
quâ iam dudum, cum Re-  
ligio-



BEDICATORIA.

ligione orthodoxâ, exultat  
 in publico vera Pietas, a-  
 nimaduenterim à primâ  
 adolescentia, postquã ad-  
 miranda DEI providẽtia,  
 lucem fidei catholica aspi-  
 cere cœpisti, peculiariter  
 addictum fuisse Deuotio-  
 ni CRUCIFIXI, à quo Te  
 singulari quodam modo  
 illustratum, vocatum, at-  
 tractum, immò, penè cum  
 violentia raptum, soles,  
 cùm suauissimè de Tua  
 ad DEVM vocatione dis-  
 seris, profiteri.

I.  
 Vocatio  
 Crucifixi  
 ad Crucã.



EPISTOLA

II.  
Deuotio!  
peculiaris  
erga Cru-  
cifixum.

Tum, quod, à quo tēpore,  
absolutis studijs litteratu-  
ra politioris, deindeq; Phi-  
losophicis, animū ad Sta-  
tū Ecclesiasticū, auspicijs  
CRUCIFIXI, ad perfectiora  
Te alliciētis, adiecisti, vi-  
sus mihi sis vnus ex ijs, à  
CHRISTO Electis, quos ad  
Deuotionem illam pro-  
mouendam, tanquam in  
rem sibi gratissimam se-  
gregauit.

III.  
Crucifix-  
us calamit-  
atum re-  
medium.

Tum, quod Tibi non de-  
fuerint, neq; desint etiam-  
num calamitates eiusmodi,



DEDICATORIA.

di, quæ efficaciori solatio,  
 Et magis solido, quàm  
 humano, indigeant. Illud  
 autem, vel nullibi in hac  
 vita mortali, vel in CRV-  
 CIFIXO, eiusq; Devotione  
 reperies. Is igitur Tibi sit  
 post hac, quod opto, ac cõ-  
 mēdo, PARADISVS VOLVP- Adpreca-  
 TATIS. Erit, quod spondeo, tio.  
 si quotiescumq; premeris,  
 in eo Devotioni erga Pen-  
 dentem in Ligno vitæ in-  
 dulseris plusculũ. Senties Fructus  
 sanè omnem persecutionis Devotio-  
 interna, vel externa vim nis.



EPISTOLA

infringi, omnem amaritiē  
interiorem exterioremq;  
vel tolli, vel mitigari. De-  
uotio illa pellit tristitiam,  
mœrorem, deiectionē ani-  
mi, desolationem, similes-  
quē mentis obnubilatio-  
nes, & iucunditatem in-  
credibilem ingenerat.

**Inceditas** Iucundum est Amatori  
de Crucifixo cogitare, lo-  
qui, meditari: iucundum,  
colere Crucifixum: iucun-  
dum imitari Crucifixum:  
iucundum non auelli à  
Crucifixo: delectari in



DEDICATORIA.

CRUCIFIXO *iucundum.*

*Gaudiū his admiscetur,*

*Isaia vaticinio: Haurie-*

Isa. xli.  
3.

*tis aquas in gaudio de*

*fōtibus Saluatoris. Quod*

*adscribat Symbolo fa-*

*miliari suo S. Carolus*

S. Caro-  
lus Borro-  
mazus.

*Borromaeus, Amatorum*

*Crucifixi suo tempore ce-*

*leberrimus.*

CHRISTVM CRUCIFIXVM

est Cella vinaria, in quam

introducitur Animas sibi

Cella vi-  
naria,  
Cant. i. 9.

dilectas Rex Sponsus: nec

nisi sobriè ebriæ cātillant:

. (?) 7 Calix



EPISTOLA

N. XXII.

6

Calix tuus inebrians,  
quàm præclarus, quàm  
dulcis, quàm suavis est!

Fascicu-  
lus myr-  
rhæ.

Devotio eadem est qui-  
dem Fasciculus Myrrhæ  
ex amaritudinibus Do-

Cant. 1. 12.

Eccl. XXIV.

27.

Botrus.

Cypri.

mini. Sed hæc ipsa Myr-  
rha est dulcis super mel  
& fauum. Eadem est Bo-  
trus Cypri in vineis En-  
gaddi, inebrians spiritua-  
liter. Si ambigis, ingrede-

cas. 134: re hunc PARADISVM: quo-  
tidie de Ligno vite aliquid  
cogita, meditare, recole:  
amplectere CRUCIFIXVM,

durus



DEDICATORIA.

dum inimici infestant, osculare CRUCIFIXVM, dum Mundus, Caro, Demon illecebris ad se trahere quisque suis molitur: imprime Tibi CRUCIFIXVM, dum inconstantiam succedent: gusta CRUCIFIXVM, dum cerbeream voluptatis offam ingerunt: Et experiere, quam suavis sit in Cruce Dominus.

Experimentum eius habuit S. Franciscus, S. Franciscus. cus. via CRUCIFIXI imago, qui cum aliquando (quod non-



Lib. 1.  
Chron.  
cap. 163.

nunquam integro mense  
cōtinuò accidebat) vidē-  
di facultate privata usef-  
et, & sedēs totos dies in te-  
nebris, quidā è Fratribus,  
commiseratione ductus,  
putans fortasse Frāciscū  
mærore oppressū, horta-  
retur, ut recreationis, cō-  
solationis, incūditatis er-  
gò, iuberet piū aliquem li-  
brū sibi pralegi; & exspe-  
ctaret responsū Tobie se-  
nioris in simili cœcitatis  
statu: Quale gaudiū mi-  
hi erit, qui in tenebris se-  
deo,



DEDICATORIA.

deo, & lumē coeli nō vi-  
deo? dixit Seraphicus. Ex  
CHRISTI Patiētis memo-  
riā tantum se haurire vo-  
luptatis, ut si ad finē vs-  
que mūdi vitam sibi pro-  
trahendam sciret, haud  
aliam lectionem ad iucū-  
diſſimā animi relaxatio-  
nem eſſet deſideraturus.

Et nonne conſolationis  
eſt maxima, ac ſincerissi-  
ma, cogitare, cum unico  
CRUCIFIXO, omnia Tibi  
quæcumque in terra, quæ-  
cumque in cælo appetere  
petes,

Cum Cru-  
cifixo do-  
nata om-  
nia.



EPISTOLA

potes, aut quæ sponte dese-  
ris, vel deserere, animo  
heroico proponis, esse do-  
nata, vel centuplicato fœ-  
nore donãda iterum? Quis  
pro salute nostra, proprio  
Filio suo nõ pepercit, sed  
pro nobis omnibus tra-  
didit illum, non poterit  
non cum illo omnia dona-  
re nobis.

Ad Rom.  
VIII,

B. Ger-  
trudis.

Quanti solatij est istud,  
quod à CRUCIFIXO se di-  
dicisse testabatur B. Ger-  
trudis. Neminem unquã  
CHRISTI CRUCIFIXI effi-  
giam



DEDICATORIA.]

giem oculis compassionis  
aspicere, quin ab ipso

L. Blossius  
Monil.  
spir. ca. 2.

CRUCIFIXO respiciatur  
oculo pietatis.

At, desertis omnibus,  
relictâ patriâ domoq; pa-

T.  
Tentati-  
cula à so-  
litudine.

terna, abiectis fortunis,

spreto seculo, vale dictis

amicis, sedebo solitarius,

desertus ab ijs quos dese-

rui. quid inde? mœror, lu-

ctus, agrimonia. quid non

inde? tandem desperatio.

Bono animo. PARADISVM

ingredere, CHRISTVM

aspice, & contemplare.

CRUCIFIXVM. RELI-



EPISTOLA

Religiosi  
conclatio. L. de  
Saxonia  
de Pass.  
D. G. 15.

RELIGIOSVS Cœnobita

circa conuersionis sue  
initia, ut scribit Ludol-  
phus de Saxonia, cum tri-  
stitia quadam inordinata  
lethaliter opprimeretur,  
ita, ut nec legere, nec ora-  
re, nec quicquam operis  
religiosi facere posse vide-  
retur, sicq; dolore incredi-  
bili torqueretur, facta est  
ad eum de super quasi vox  
intellectualis, dicēs: Quid  
hic sedes ociosus? Et in te  
ipso contabescis? surge  
nūc, Et meam deuotè per-  
tracta

Cruci-  
fixus  
Fons so-  
lacionū.



DEDICATORIA.

tracta PASSIONEM, & in  
 amaritudine tuū devince  
 dolorē. Quo audito Frater  
 ille surrexit, & se ad me-  
 ditandum PASSIONEM cō-  
 tulit: & ex tunc medicina  
 hac salutari sanatus, per  
 eius cōtinuam replicatio-  
 nem, nequaquam plus de  
 cetero talem unquā sensit  
 animi perturbationem.  
 Tantorum solatiorum  
 fons & origo est CRUCI-  
 FIXI contemplatio.

Quod si Te vellicet ho-  
 norum dignitatumq̄, vel  
 adept-

H.  
 Tentatio  
 a picto  
 honore



EPISTOLA

1

adeptorum, vel speratorum  
 in mundo abdicatio, oc-  
 currat Tibi IESVS CHRI-  
 STVS CRUCIFIXVS HONO-  
 RATVS. Vnde & Tibi ac-  
 crescet immensum honos,  
 non temporaneus, sed eter-  
 nus, non vanus, sed sincere-  
 rus, non mundi, sed caeli,  
 modo fueris constans A-  
 mator, Cultor, Imitator  
 CHRISTI CRUCIFIXI. Du-  
 bitas: oraculum accipe, &  
 promissum ipsius CRUCI-  
 FIXI, argumento optimo ab  
 honore CRUCIS firmatum.

Honora  
 Crucifixo.

cum



DEDICATORIA.

Cum quadam die (erat  
ea Exaltationis Sanctæ  
CRUCIS sacra) Beatæ  
Gertrudi apparuisset  
Christus, ita ferè illam  
compellauit. Attende, Fi-  
lia dilecta, si, cum paucis  
horis in CRUCE pepend-  
erim, eam nihilominus ita  
nobilitati, ut iam per or-  
bem uniuersum summo  
in honore habeatur; quo  
apud me loco futurum pu-  
tas, quouè in honoris gra-  
du collocandum, in cuius  
animo plures annos sedu-

B. Gertrudis.

Lib. IV. in.  
lin. cap. 54.

la, recor-



## EPISTOLA

la recordatione pepende-  
ro? quasi hoc sit inestima-  
bile.

Cruceifixus  
in corde.

Martyr  
anony-  
mus.

Thomas  
Cātiprat.  
l. 1: A piū  
cap. 25.

AMATOR autem CRU-  
CIFIXI semper circumfert  
cordi impressam Amati  
sui effigiem, ut Martyr  
ille, de quo hac prodidit  
Cātipratēsis: Cum cap-  
tus cuidam Tyrāno Gen-  
tili seruiret, & ille eum  
honestissimè haberet,  
Martyr autem gembū-  
dus incederet; miratus  
Tyrannus, causam tri-  
stitia quasiuit, & quare

CUM



DEDICATORIA.

cū ceteris famulis dome-  
sticis non gauderet. Cui  
Martyr: non possum non  
tristis incedere, quia con-  
tinuò Mortis DEI mei me-  
mor, in Corde meo CRUCI-  
FIXVM porto. Hoc responso  
irritatus Tyrannus: Ego,  
inquit experiar, num ve-  
ra sint, quæ dixisti.

Nec mora, vocato Car-  
nifice, iussit aperto Mar-  
tyris pectore, Cor euellere  
per medium cultro scindi.  
Vbi statim, spectante Ty-  
ranno, & cum suis obstu-  
pescente,

In corde  
habet  
Crucifixū.

(??)

pescente,



pescente, Cor CRUCIFIXI  
 CHRISTI imaginem quam  
 continebat, exhibuit. Quo  
 viso Tyrānus mox credi-  
 dit, & cum suis omnibus  
 sacrū Baptisma suscepit.

Prior Or-  
 din. Prædi-  
 cat.

Cantip.  
 lib. 1. ca. 25.

IDEM Auctor, de viro Re-  
 ligioso & in Ordine Pra-  
 dicatorū Priore. ita scribit.

De Priore in Argentina,  
 ciuitate Theutonia rem  
 mirabilissimā & deuotā  
 proprijs oculis vidi. Hic,  
 ut mihi, Fratres, testatis-

Cruce fig-  
 nat pedus.

simā veritate narraue-  
 runt, sēper ferè, siue gradi-  
 diens,



DEDICATORIA:

ens, siue sedens, pollice Signum Crucis in pectore depingebat. Contigit autē ut Moguntia veniens infirmitate decumberet, & ingrauescente morbo, cum mira alacritate spiritus moreretur.

Cum autem, post annos aliquot ossa eius Argenti-  
 na portassent, & Fratres ea abluerent, atq; inspicerent, animaduenterunt os pectoris, cui ex utraque parte coherent costae, superius CRUCE operosissima  
 (??) a esse

Cruz of-  
 sea in pe-  
 ctore.



## EPISTOLA

Scutum  
cordis.

esse insignitū: Et hoc quasi  
 Scutum Cordis interius.  
 Erat autem CRUX in ossis  
 medio ex substantia ossea,  
 spissitudine evidētissima  
 elevata: tribus superiori-  
 bus brachijs, equalis lon-  
 gitudinis, Et inferiori bra-  
 chio decentissime longiori  
 cum acumine, ac si trunco  
 deberet infigi: extremita-  
 tes autem trium brachio-  
 rum superiorum instar re-  
 pandi lilij incuruabatur.

B. Clara  
Falconia.

DE B. CLARA Mōte Fal-  
 conia, Virgine integerrima



DEDICATORIA.

ma, & CRUCIFIXI Ama-  
trice flagrantissima, testes  
sunt oculati fide digni, se  
spectasse post mortem illius  
Cor, in quo insculptus fu-  
erit CHRISTVS CRUCIFIX-  
VS: ex eademq; carne fla-  
gra, similia ijs quibus fuit  
casus Dominus: item Co-  
lumna; deniq; omnia si-  
mulacra quibus eius per-  
pessiones representantur.

ADHAEC, pendere CHRI-  
STVM in animo Amatoris  
CRUCIFIXI, ostendit ad o-  
culum eleganter Icuncula

Thomas  
Bozius li.  
xv. de sig.  
Eccl. cap. 7.

Crucifixū  
habet in  
corde.

Imago Cor-  
dis huma-  
ni in quo  
Crucifixus



## EPISTOLA

belle sculpta Amatoris cuiusdam  
 eximij, qui efformari curavit  
 artificio singulari COR apertum, in  
 cuius medio CRUCI affixus  
 cernitur CHRISTVS inter  
 characteres capitales, DEVS  
 MEVS ET OMNIA. Cor ipsum  
 cingit Corolla spinea: hanc  
 autem circumdat sertum, ex  
 semilunari ramo palma & olea:  
 supernè eminet Crucicula, inter  
 duas literas A. & Q. Quae  
 omnia indicant, quod Amatori  
 suo, CRUCIFIXVS



DEDICATORIA.

Sit Principium & Finis:  
A. & Q. Vnus & Omnia,  
honor, ac dignitas. ita su-  
peratur tentatio ab hono-  
ribus spreis, & nunquam  
ambiendis.

A CRUCIFIXO discas con-  
temptum rerum huma-  
narum, amorem divina-  
rum, mundi odium, cæli  
appetitum. Ab eo conse-  
queris tranquillitatem a-  
nimi, quietem cordis, per-  
turbationum malaciam,  
pacem interiorem, robur  
incredibile contra tenta-

Crucifixus  
us docet  
contemp-  
tum mundi

(?) 4

tiones



EPISTOLA

tiones omnes, & tentatore  
 infernalem. Si enim is  
 CRVCIS imaginem in aëre  
 formatam, vel in chartâ  
 pictam metuit, exhorref-  
 cit, fugit, quanto magis  
 CRVCIFIXI effigiē, Amo-  
 re, Cultu, & Imitatione  
 expressam reformidat.

Deuotio  
 erga Cru-  
 cifixum  
 Deo ac-  
 ceptissima.

HINC Deuotio erga  
 CHRISTVM CRVCIFIXVM  
 Caco demoni est odiosissi-  
 ma; sed contra DEO præ  
 omnibus alijs gratissima.  
 Quapropter Christus ipse,  
 illam intimis quibusdam

Amisio



DEDICATORIA.

*Amicis suis ut talem* Docetur  
Christo,  
*commendavit.*

De S. FRANCISCO hoc ha- S. Francis-  
cus.  
*berimus à Scriptoribus fide  
dignis, cùm desideraret  
summoperè scire, quid sibi  
ac Fratribus suis maximè  
conueniret exercere, ac,  
quæ ipsarum Deuotio DEO  
maximè placeret, sēsit in-  
terno afflatu se instigari,  
ut aperiret Missale. Ape-  
ruit, semel, bis, ter: Et sēper  
occurrit sententia, PASSIO  
D. N. I. C. Atq; ita agno-  
uit DEI FILIVM à se, ac*



EPISTOLA

Amatoribus suis maxi-  
mè expetere Deuotionem  
erga Passionē Dominicā,  
ET CRUCIFIXVM Dominū.

S. Edmū.  
dus.

S. EDMUNDO Cātuariensi  
Archiepiscopo, cū in  
pueritia litteris operā da-  
ret, Christus se spectabile  
obtulit, suauiterq; indux-  
it paruulum, cum eo ser-  
monem miscens (nam li-  
benter cum talibus sermo-  
cinatur Sapiētia) ut à  
teneris assuesceret in dies  
singulos, unum aliquem  
ex PASSIONIS suae dolori-

bis.



DEDICATORIA.

bus animo meditabūdas  
 voluere. Ad dens, id fore  
 praesidium singulare, tum  
 ad omnem virtutem obti-  
 nendam, tum ad Cacoda-  
 monis impetus repellen-  
 dos, tum ad felicem ex vi-  
 ta mortali exitum à vita  
 mortisq̄ Domino impe-  
 trandum.

In vita.  
 Nouemb.  
 16.  
 S. Antoni  
 3. tract.

EREMITA sanctissima  
 vita, ut scribit Ludolphus  
 de Saxonia, instanter Do-  
 minum exorarat, ut sibi  
 ostenderet, quid ipsi inter  
 seruitia spiritualia magis

Eremita  
 sanctus.  
 Ludol.  
 Sax. de  
 Passione  
 cap. 58.  
 pag. 194.



## EPISTOLA

acceptum esset. Cum ecce,  
videt hominem nudum,  
trepidantem pro frigore,  
ET CRUCEM magnā baiu-  
lantem: ET sibi, quis esset  
interrogāti dicentē, IESVS  
CHRISTVS ego sū. Rogasti  
enim me, ut tibi ostenderē,  
quid inter servitia mihi  
ab Amatoribus meis pre-  
stari solita magis placeret:  
ET nunc tibi dico, quod  
hoc: scilicet, quod quis iu-  
vet me portare CRUCEM  
meā, ET Vulnera, ET Pas-  
sionem in corde suo. Et



DEDICATORIA.

hac dicens, euauit.

Addit Ludolphus: CRUCEM Domini debemus baiulare & iuuare eum portare: Tum in Corde per recordationem & cōpationem; tum in ore per crebram & deuotā gratiarū actionem; tum in corpore, per flagellationem, & castigationem. Vt Saluatori Nostro, Corde, Ore, & Opere gratias agamus.

Quorum si-  
citer baiu-  
landa Crux.

An non & Beatissimam Matrem suam docuit Filius, ut unam hanc De-

B. M. deuotē  
tūc er-  
git Cruci-  
fiam.



## EPISTOLA

S. Hieron.  
de Dor-  
mit B. V.  
S. Brigitta  
in Revela.

devotionem reliquis prefer-  
 ret, & in ea esset assidua?  
 certe, ut auctor est S. Hie-  
 ronymus, & B. Brigitta,  
 Virgo DEIPARA post As-  
 censionem Filij sui, tota  
 fuit in exercenda Devoti-  
 one erga CHRISTVM PAS-  
 SYM & CRUCIFIXVM, us-  
 giter immorans meditatio-  
 ni de Passione. Quæ sic,  
 ut loquitur Sancta reve-  
 lationibus edocta, in eius  
 Corde fixa erat, quod si-  
 ue comedebat, siue la-  
 borabat, semper recens  
 erat in memoriâ. *Iam*



DEDICATORIA.

IAM verò, vitam retroa-  
ctam recogitanti in ama-  
ritudine cordis sui, nihil  
est utilius ad remissionem  
peccatorū, eradicationem  
vitiōrum, adquisitionem  
virtutum, conseruationē  
gratie, augmentū iustiti-  
e & sanctitatis, quàm Con-  
tēplatio, Veneratio, Imi-  
tatio CRUCIFIXI. Verissi-  
mè dixit S. Bonaventura:

Qui se intentè & deuotè  
in Sanctissima Vita &  
PASSIONE Domini exer-  
cet, omnia vtilia, & ne-

cessa-

De oratio  
Crucifixi  
vtilissima  
ad DEVM  
conuerso.

S. Bonaventura  
Colla. 74.



EPISTOLA

cessaria sibi abundanter  
ibi inuenit. Nec est opus,  
vt extra IESVM CRUCIFIX-  
VM aliquid quærat. In  
CRUCIFIXO sunt omnia  
virtutum exempla, &  
singularum in summo  
gradu: summa humilitas,  
mansuetudo, modestia,  
patientia, caritas, ac ha-  
rum ceterarumq; corona.

A Cruci-  
fixo spe-  
randa per-  
seuerantia.

PERSEVERANTIA. Quando  
cum hoste erit Tibi lucta  
de Constantia, quando  
Mundus inuitabit, solici-  
tabit Caro, trahetq; Caco-  
demon,



DEDICATORIA:

demon, suadebitq, ut de-  
 seras arctam Pietatis se-  
 mitam, ut multis Te ac-  
 commodes, Et cōmunem  
 suauiter uiuentium viā  
 ineas, si sentias robur tibi  
 tuum imminui, firmitu-  
 dinem animi labefactari,  
 vacillare pedes affectuū  
 ad CRUCIFIXVM prouoca,  
 illudq, eius dictum, CON-  
 SVMMATVM EST, diligen-  
 ter perpende. Aut Christū  
 baiulantem CRUCEM vsq,  
 ad Caluarie apicem, Et  
 in ea inter duos Latrones

Christus  
 in Cruce  
 perseue-  
 rans.

per-



EPISTOLA

pendulū intuerē. Ab hoc  
 robur sumas animūmq;  
 Ligno. Ea consideratio  
 plurimis & in seculo Re-  
 ligionis candidatis, & po-  
 stea claustro inclusis pro-  
 fuit.

Tentatio.  
 mem reli-  
 cios  
 Matt.  
 xxvii. 42

Certissimū est Veritatis  
 eterna pronūciatum. Qui  
 perseuerauerit vsque in  
 finē hic saluus erit. Quod  
 eum non ignoraret Caco-  
 demon, omnes adhibuit  
 machinas, ut CHRISTI in  
 CRUCE perseuerantiam  
 labefactaret. Qualis ille

fuit.



DEDICATORIA.

fuit aries? Si Rex Israël  
 est, descendat nunc de  
 CRUCE & credimus ei.  
 Hac planè Serpentis astu-  
 tia, inquit Bernardus,  
 hac adinuentio nequitiæ  
 spiritualis. Nouerat in-  
 pius, quantum pro salute  
 illius populi Zelum gerere  
 videretur: propterea ma-  
 litiosè nimis linguas eru-  
 diens blasphemorum sug-  
 gerebat, ut dicerent. Des-  
 cēdat, & credimus: quasi  
 iam nihil posset obstare,  
 quin descenderet, qui eorū

S. Ber-  
 nar. serm  
 1. in Pasca

credu-



23 credulitatem desideraret.  
 23 Sed non mouetur vana  
 23 pollicitatione, qui nouit  
 23 omnium corda. Eo quippe  
 23 tēdebat malitiosa suasio,  
 23 ut non ipsi crederent, sed  
 23 nostra quoq; fides in eum  
 23 omnimodis deperiret. Le-  
 gentes enim DEI perfecta  
 23 sūt opera, quando fatere-  
 23 tur DEVM, qui salutis opus  
 23 reliquisset imperfectum?

Deut.

XXXII. 4.

 Perficit  
 quod in-  
 cepit.

O Iudaei! si Pilatus, quod  
 scripsit, scripsit, Christus  
 non perficiet, quod ince-  
 pit? Itaque mansit CRV-



DEDICATORIA.

CIFIXVS, qui semel CRV-  
 CEM cōscenderat; ne daret  
 Amatoribus suis occa-  
 sionem surripienda Perse-  
 uerātia, quæ sola coronat  
 Et coronatur: ac ne face-  
 ret obmutescere Pradica-  
 torū linguas cōsolantium  
 pusillanimos, Et dicentiū  
 singulis: Tu locum tuum  
 ne deseras. Quod sine du-  
 bio sequeretur, si respōde-  
 re possent: Quia Christus  
 suum deseruit.

Vna Amatorum CRV-  
 CIFIXI vox est: Domine

Protesta-  
 tio Ama-  
 toris CRV-  
 cifixi.

IESV



EPISTOLA

IESV, sicut dixisti & pmi-  
 sisti, sic utiq; fiat; & mihi  
 promereri contingat. Sus-  
 cepi, suscepisti de manu tua,  
 CRUCEM, & portabo eam  
 usq; ad mortem, sicut im-  
 posuisti mihi. Verè vita  
 boni CHRISTIANI CRUX  
 est, & Dux Paradisi. In-  
 ceptū est. retrò abire nō li-  
 cet, nec relinquere oportet.  
 EIA, fratres, pergamus si-  
 mul. IESVS erit nobiscum.  
 Propter IESVM suscepimus  
 hanc CRUCEM, propter IE-  
 SVM perseveremus in  
 CRUCE.

Thomas  
 Kemp. lib.  
 3. Imit.  
 cap. 56.

De  
 ex

Adhor-  
 catio.

Pe-  
 gu-  
 ce



CRUCE. Erit Adiutor no-  
 ster, & Praecessor. En Rex  
 noster ingreditur ante  
 nos, qui pugnabit pro no-  
 bis. Sequamur viriliter:  
 nemo metuat terrores. Si-  
 mus parati mori fortiter  
 in bello, nec inferamus  
 crimen gloriae nostrae, ut  
 descendamus de CRUCE,  
 aut fugiamus à CRUCE.  
 Quod nunquam à Te fi-  
 et, Amplissime Domine,  
 si quod initio precatus  
 sum, firmiter statuas,  
 cum divinâ gratiâ. CRU-



EPISTOLA DEDICATORIA.

CRIFIXO iugiter adherere.  
Et nunquam à CRUCE a-  
uelli. Id ipsum iterum ite-  
rumq; cum bonis Anni  
recens inchoati auspicijs  
precor ex animo. Colonia  
Agrippina. Kalend. Ian.  
Anno à CRUCIFIXO Reg-  
nante in Ligno. M. DC.  
XLVIII.

Salutis, Perfectionisq; T.  
Ampliss. D.<sup>ne</sup>

studiosiss.

M. S.





MAXIMILIANI


SANDAE

PARADISVS

*Amantium, Colentium,  
Imitantium*

CHRISTVM

CRUCIFIXVM.



CENTVRIA VII.

*Affectuum piorum, ac Operum, quibus  
fideles Christiani Crucifixum, eiusque  
Passionem, Crucem, Vulnere  
honorarunt.*

SEV

Modi centum piè recolendi  
PASSIONEM DOMINICAM.

A

DE.



## DECAS I.

## I.

## AMATOR CRVCFIXI

*prouocatus à Christo, ut pullos ab Aquila,  
euolat ad Crucis altitudinem.*

I.  
*Officium  
patris erga  
prolem.*



ST probi prouidique paren-  
tis, prolem suam non magis  
monitis ac præceptis, quo-  
rum multitudine frequentius  
obruirur, quàm factò & exemplo, quo-  
rum efficacitate subleuatur, ad omni-  
virtutem, virtutumque perfectionem  
exstimulare. Quod perbelle repræsen-  
tatur sacra volucris imperialis imagi-  
ne, pullos suos ad volatum altissimum  
celerrimumque; prouocantis. Quare illa  
in multis CHRISTI Opt. Parentis est  
symbolum, quem & Resurgentē à mor-  
tuis, & Ascendentē ad cœlos, & in CRV-  
CE expansis brachijs inuitantem ac pro-  
uocantem peruenustē AQVILA repræ-  
sentat.

*Aquila  
prouocat  
pulos ad  
volatum:*

*Symbolū  
Cruccifixi  
D.*

*Christus  
in Cruce  
expandit  
alas.*

In eâ consideratur, sicut AQVILA A.  
prouocans ad volandum pullos suos, &  
super eos volitās, expandēs alas suas, &  
assumens eos, atq; portans in humeris  
suis. *Dicitur, inquit Vir pius, b. Contem-  
plationi*



HONORATVS. 3

plationi CRUCIFIXI deditus, quod AQUILA, quando volunt aliqui rapere pullos suos, alas super eos expandit, & eos provocat ad volandum. Sic & CHRISTVS IN PASSIONE, cum Diabolus raperet genus humanum, expandit brachia sua, quasi alas suas in CRUCE, ut inde peccata relinquentes, altitudinem CRUCIS ascendant, ad quam Diabolus attingere non praesumit, quia ibi abscondita est fortitudo Domini. Abacuc tertio, quae in aere aereas potestates debellavit.

Diabolus rapax miluus.

Sed torpidi peccatores in nido prava conversationis torpentes super ramum CRUCIS volare non appetunt; & propter hoc ab aucupe Diabolo rapiuntur in nido prava conversationis. Unde Diabolus signatus per Assur dicit Isaiae x. Detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum.

Peccatores rapit Diabolus.

a. Deuter. 22. 11. b. Richardus de S. Laurentio libro 12. de laud. B. V. Particula 7. 5. Aquila. Vide Sandaem in Opusculo Aquila Mystica.

II.

AMATOR CRUCIFIXI.

morbi acutissimos dolores mitigat intuitu Crucifixi, veloculari, vel mentali.

2.

Remedia

Hoc tandem consulebat, tanquam leniendi opti. doloris.

A 2



4 CHRISTVS CRUCIFIXVS

optimum, cum multa suggessisset doloris leniendi remedia, Religiosus ægri consolator. Dicebat æger, dolore interius ac exterius excruciatas. Torqueor mirum in modum. Respondebat consolator: consulunt Medici, ut iaceas, nec te lecto moueas: idem tibi cōsulo, sed respectu alio. Illi te fomentis adhibitis instaurare posse facilius opinantur, dum ad locum dolentem nec spiritus ad eò confluunt, nec humores: stanti confluerent aut eunti. Ego te in tuo lectulo compositum, quicquid de salute corporeâ euenturum sit, sepositis inter eâ curis omnibus, tràquillo tantisper accubitu mitigatis doloribus angoribusque, de sepulcro aliquid cogitare, qualiter tunc ibi sis iaciturus, & præsentis status tui conditionem meditari velim, Mortemq; ipsam, antequã veniat tam familiarem tibi efficere, ut non horreas venientem: Mors enim sola est, quæ possit mortale corpusculum ab omni ægritudine liberare.

*A Medicis.*

*Quies in lecto.*

*A Theologis.*

*Consideratio sepulcri.*

*Consideratio beneficii ægritudinis.*

Bonum consilium, inquebat æger, at quæ mihi inde consolatio? Suggeste-  
bat ergo illud consolator ex D. Grego-  
rio: *Admonendi sunt ægri, ut considerent, quanti sit muneris molestia corporalis (siue morbus) quæ & admissa peccata diluit,*

*et.*



HONORATVS. §

qua admitti poterant, compefcit. Sapien-  
tiffimè dixit Salomon: *linor vulneris  
absterget mala.* Iterum. *Admonendi sunt  
agri, ut eo se filios DEI sentiant, quo illos dis-  
ciplina flagella castigant. Nisi enim corre-  
ctus hereditatem dare dissoneret; erudire  
eos per molestias (morborum) non curaret.  
Ideo afflictus, & agri corporis seipsum sole-  
tur & dicat: Satis est me amari, satis est  
spem esse securam, pereat corpus necessariò  
periturum, modò non pereat anima.*

*Morbis,  
correctio  
patris.*

Verum, cum nec his nec similibus **Consuetudo**  
moueretur ager, & identidem repetere- **platio**  
ret: interim doloris mancipium ego **Crucifixus**  
sum; consolator paulò vehementius ita  
insonuit, digito in CRUCIFIXVM inten-  
to: A te oculos in CHRISTVM CRUCI  
adfixum flecte: aspice virum dolorum,  
& icientem infirmitatem; *Verè enim lan-  
guores nostros ipse tulit, & dolores nostros  
ipse portauit.* b. **Quis tali exemplo non  
moueretur?**

*Legendi, Franciscus Petrarca dialog. 95.  
Stephanus Binettus in schola agrorum,  
Hieremias Drexelius in Gymnasio Pati-  
entia, & Prodromo Æternitatis. San-  
dæus in Theologia Medica lib. 2.  
Comment. 18.*

a. 3. Par. Pastoral. Admonit. 3.

b. Isa. 53. 3.



## III.

## AMATOR CRUCIFIXI

*summam aestimat gratiam, summum bene-  
ficium, summum solacium, partici-  
pem esse Vulnerum, dolorum,  
Passionis Domini.*

3.

S. LYDV-  
VINA.

*Angeli  
portantes  
instrumē-  
ta Passio-  
nis.*

*Christus,  
sancius  
cruentus  
spineā co-  
ronatus.*

*Signis  
Vulnerum  
Lydvui-  
na donata.*

**C**VM quodam die S. LYDVVINA tota  
in Orationem, & sanctam medita-  
tionem PASSIONIS Dominicæ, ac sa-  
cratissimorum Vulnerum Redemptoris  
immerfa esset, vidit introeuntem in  
suum conclaue, magnam Angelorum  
multitudinem supplicantium ritu dis-  
positam, & manibus PASSIONIS instru-  
menta ferentem. Ponè sequebatur MA-  
TAR DOLOROSA circumdata choro  
Cœlitum. Nouissimum agmen claudē-  
bat CHRISTVS, totus cruentus & sau-  
cius. Totus rubicundus & sanguinolentus,  
coronatus spineā Coronā, & colore affectus  
quo solent mortui. Ad aspectum tam inu-  
sitarum obstupuit LYDVVINA, interque  
lætitix & tristitiæ vicissitudines, & in-  
solita mentis lumina, ac amoris flam-  
mas, accepit à Domino Cicatricū signa:  
Quinque Vulnerum suorum signa luculen-  
ter impressit, impressaq; reliquit Dominus.  
Sed verita Virgo humillima aspicien-  
tium.



tinam admirationem, & vulgi accursum, applausumque, obtinuit à Domino vt tantus thesaurus ab humanis oculis submoueretur. *Azira res, confestim curis texit Vulnera illa. sed dolor atque liuor perpetuò remansit. a.*

Ex hoc considera, inquit pius contē- *Perfectio*  
plator, b. quod finis, scopus, & perfe- *Christia-*  
ctio Christiani est, omnimodè transfor- *ni.*  
mari, & transmutari in *CHRISTVM Transfor-*  
*CRUCIFIXVM* participando de eadem *matio in*  
*PASSIONE*, de iisdem Vulneribus, & de *Crucifixi,*  
eadem Morte cum *CHRISTO*. Maxima *grat.*  
gratiarum in hac vita est, iisdem cum  
Christo Clavis fixum in *CRUCE* pen-  
dere.

Quod si te Dominus aliqua tribula-  
tione visitauerit, *coniungere Domino &*  
*sustine.* Maximam in gratijs numera,  
potuisse assimilari DEO, cum in *VULNE-*  
*RIBVS*, & *CRUCE* imitando.

a. *Vita 14. April. Ioan. Bruggman. b Aloy-*  
*sius Siderius in Fasciculo Myrrha lib. 1.*  
*consil 9. Vincentius Carrasa.*

IV.

AMATOR CRUCIFIXI  
cauet, ne vnquam Crucem ita tractet, vt  
inde aliqua in Christum Crucifixum  
redundare possit ignominia.



8 CHRISTVS CRUCIFIXVS

*udæi ho-  
es Crucis  
Christi.*

*Aman  
Crucif-  
ixus.*

*Crucig-  
nominosè  
tractantur.*

*riso  
prosecia*

*Irriso  
Crucis &  
Crucifixi.*

*Iudaorum  
impietas  
coërcetur.*

CONTRARIUM faciunt iurati CHRI-  
STI CRUCIFIXI hostes Iudæi: sed si  
animaduertatur, à Magistratu Christia-  
no puniendi sunt & mos impius tollendus.

Attende Iudaicam indolem. Cùm A-  
man, Assueri delitiæ, Estheris interces-  
sione, Cruci affixus fuisset, quã Mardo-  
chæo parauerat, & cum illâ, excidium  
genti vniuersæ, instituerunt festos dies,  
Mardochæo mandante. In ijs præter  
alia, in Crucifixi Amanis memoriam  
Crucem ligneam, contumeliæ causâ,  
præferabant in ambarualibus, eamque  
postea exurebant.

Quia verò posterioribus tēporibus,  
fictâ veluti comœdiâ, Domini Nostri  
sanctissimam CRUCEM & PASSIONEM  
ita muerbati, eam totum ritû, aliosque  
omnes, qui eum CRUCIFIXI Domini  
contemptu coniuncti erant, aut videri  
poterât eum in finem introducti, CRUCIS  
saluificæ amantissimi Imperatores Ho-  
norius ac Theodosius veteruunt hisce  
in Codice perscriptis verbis:

Iudaos quosdam festiuitatis suæ solenni  
Aman, ad poenæ quondam sumptu recorda-  
tionē, incendere, & SANCTÆ CRUCIS  
ad similitudinem speciē in contemptu Chr-  
stiana fidei sacrilegamente exurere, prouinciarum  
Rectores prohibeant: neue locis suis fidei n-  
stra

Sig.



HONORATVS. 9

SIGNVM immisceat; sed ritus suos, citra cō-  
temptum Christianæ legis retineant, amif-  
suri, sine dubio, permissa hætenus, nisi ab il-  
licitis temperauerunt. Dat. xv. Kal. Ianuar.  
Constantino Basso & Philippo Cons. 408. b.

Non cessant etiamnum Iudæi à con-  
fuetis sibi in CRUCIFIXVM contumelijs,  
sed per cuniculos inferendis. Certè, in  
quibusdã Germaniæ locis duratas fumo  
carnes coquunt, puerisq; suis diuerbe-  
randas, & bacillis contundendas tradunt,  
dicentes: c. Hic est ille homo induratus, vel  
exsuccus; nimirum, aridus, illiberalis,  
inops, ineptus. Quod eorum pleriq; de  
Domino Nostro CRUCIFIXO intelli-  
gunt, quem ita per contemptum vocant,  
digni vel ideirco patibulo, quod in  
altera vita nõ euadent nisi in hac, CRU-  
CIFIXI gratiã, conuertantur.

*Iudeorum  
odium.*

a. Esther. 8. 9. 10. b. Paulo aliter legitur in  
vfitatis hodie libris; sic tamen legendum  
constat Codice Theodosiano titulo de Iu-  
dais. Honorij & Theodosij lex habetur in  
Cod. de Iudeis, & Caliculis, L. Iudæos. C.  
Germanicè clamant, das ist der durre  
man. Consulatur Anton. Margarita lib.  
de ritibus Iudæorum. Gregor. Tolosæ in  
Syntagmate Iuris lib. 2. c. 16. Nicolaus  
Serarius in c. 10. Esther, quaestiuicula 2.  
Iacobus Tirinus in idem cap.



IO CHRISTVS CRUCIFIXVS;

V.

AMATOR CRUCIFIXI

vouet Deo se moriturum in Cruce, vel  
conditionatè, si sic illi placeat, vel ab-  
solutè, habitâ Crucifixionis sue  
revelatione diuinâ.

*Votum  
Christi de  
Cruce  
subeundâ.*

**E**XEMPLVM huius habet in CRUCI-  
FIXO. Siquidem tradunt DD. Scho-  
lastici, nec refragantur antiquiores Ec-  
clesiæ Patres, & Magistri, CHRISTVM  
IASVM simul ac in Virginis Matris vte-  
ro cœpit homo esse, VOTVM CRUCIS  
subeundæ suscepisse, DEVM Patrem  
gratissimum hoc habuisse, ac mandasse  
vt solueret:

*Præceptū  
moriendi  
pro homi-  
nibus.*

Vnius ex zui nostri magnis Theo-  
logis est ista commentatio. a. Ali-  
qui probabiliter opinantur, sicut CHRI-  
STVS habuit præceptum moriendi pro ho-  
minibus, ita etiâ de eadem re votū emisisse.  
Atq; ad hoc accommodant illud Psalmi b:  
Vota mea Domino reddam. Nam Psal-  
mum illum de CHRISTO omnes interpre-  
tantur: in eo enim habentur verba illa, qui-  
bus CHRISTVS in CRUCE usus est: DEVS  
DEVS meus quare me dereliquisti? Et  
ita Glossa ibi verba illa de Christo interpre-  
tatur.

Et quamuis D. Thomas probabiliter di-  
cat



*eat, Christum ibi esse loquutum in personâ* Vota  
*suorum membrorum, si tamen propriè & si* Christi.  
*ne incommodo potest de Christo intelligi, cur* Natiui-  
*non ita interpretabimur. Nam & Hierony-* tas.  
*mus ibi inter alia inquit: Vota Christi* Passio.  
*sunt, Natiuitas, vel PASSIO, vel myste-* Mysteriũ  
*rium Corporis & Sanguinis eius. Qua* Euchari-  
*non possunt vota dici, nisi quatenus voto ob-* stium.  
*lata sunt. Eodem ferè modo exponit Augu-*  
*stinus ibi: Basiliius verò & Theodoretus ad-*  
*dunt, votum ibi propriè significare promif-*  
*sionem. Est igitur probabile, Christum in*  
*primo instanti conceptionis suæ, se voto con-*  
*secrassse DEO ad redimendos homines, & in*  
*hunc finem omnes actiones, ac Passiones vi-*  
*te suæ (iuret quas primaria fuit CRUCI-*  
*FIXIO) voto obtulisse.*

ALIUS ẽ. hunc ferè in modum disse- Christus  
 rit: CHRISTVM ipso momento, quo hu- in instanti  
 manitas cum Diuinitate hypostaticè Concepzio-  
 coniuncta est, plenum rationis, sancti- nis votum.  
 tatis, ac beatitudinis, DEI essentiam, ri-  
 su Cœlitum, infinitis tamen partibus  
 perfectius intuitum, pro tanti beneficii  
 immensitate, totum se DEO Patri, to-  
 tum, inquam, FILIUM DEVM HOMINEM  
 factum, ad omnes pro liberandis mor-  
 talibus indignitates, & ipsius CRUCIS  
 contumeliam, & infamiam se libentem  
 volentem, concepto voto, obtulisse. Cũ  
 A 6 enim



## 12 CHRISTVS CRUCIFIXVS

enim videret, placere cœlesti Patri, vt vitam pro mortalibus per CRVCIS supplicium profunderet, vltro se ad eam sic ponendam obstraxisse.

*Voluntas  
Dei Patris  
mandatū.*

Hanc DEI Patris voluntatem mandatum vocat DEI Filius: *Sicut mandatū dedit mihi Pater, sic facio.* d: Et de voto sonora voce cecinit Cantor regius in persona Christi: *Vota mea Domino reddam.* e. Sed quid clarius interpretatione Pauli Apostoli, cui haud dubiè mens Christi fuit perspecta? f. *Ideo ingrediens in mundum dixit: Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aprasti mihi: holocaustum & pro peccato non postulasti. Tunc dixi, ecce venio.* Ita de Christi voto sentiunt S. Augustinus, Hieronymus, Theodoretus, Basilus.

a. *Frane. Suarez, Tom. 2. in 3. p. q. 28. Sect. 2. b. Psalm. 21. c. 10. Masellus in Vita B. V. lib. 3. cap. 19. d. Ioann. 10. e. Psalm. 115. f. ad Hebr. 10.*

---

### VI.

#### AMATOR CRUCIFIXI

*collocat Crucem & Crucifixum  
loco maxime honorato.*

NES



**N**ESCIO, an CRVCIS magis hono- *Crucis lo-*  
rem, qui olim à fidelibus illi defe- *cus.*  
rebatur, quàm Sacro-sanctæ Euchari-  
stia spectet, quod sancitum fuit in Cõ-  
cilio Turonensi secundo, Canone de  
asseruatione Sanctissimæ Eucharistia: *Euchari-*  
ad vtriusque sanè peculiarem cultum *stia asser-*  
pertinere potest Sic decernitur à San- *uatio.*  
ctis Episcopis in illo Canone.

*Vt Corpus Domini in altari, non imagi-*  
*nario ordine, sed sub CRVCIS titulo compo-*  
*natur.* Nempe, vt digniorem sibi vendi-  
caret locum, inquit Cæsar Baronius, sta-  
tutum est, vt non inter sacras imagines  
super altari poni solitas, poneretur, sed  
sub ipsâ CRVCIS, quæ in mediullio ipsius  
altaris collocari consuevit: nimirû, lo- *Columba*  
co dignissimo. Scimus intra Columbam *argentea*  
argenteâ alicubi ijs tẽporibus cõseruari *Euchari-*  
cõsueuisse Eucharistiã, quod Synodus *stia rece-*  
prohibuisse videri potest, dũ prohibet *ptaculum.*  
ne in imaginario collocaretur ordine.

Voluit autẽ constitui in loco excel- *Taberna-*  
lentissimo, quẽ iudicauit esse super alta- *culum Eu-*  
re, sub Sacratissimâ CRVCIS, in preciosis- *charisticũ.*  
simo tabernaculo turris instar fabrefa-  
cto: qualem curauit fieri eo tempore Fe-  
lix Episcopus Bituricensis, qui Synodo *Turricula.*  
illi Turonẽsi interfuit, ad quem scripsit *Felix Bi-*  
carmen Venantius Fortunatus, hoc ti- *turicensis.*  
tulo.



14 CHRISTVS CRVCFIXVS

Ad Felicem Episcopum Bituricen-  
sem, in Turrim eius.

*Quam benè iuncta decens, sacrati ut corporis Agni  
Margaritum ingens aurea dona ferant?  
Cocent Chrysolitis Salomonia vasa metalli;  
Ista placere magis ars facit atque fides.  
Quae data Christe, Tibi Felicis munere sic sint,  
Qualia tunc tribuit de grege Pastor Abel,  
Et cuius Tu corda vides pietate coaerant,  
Par vidua merito qua dedit ara duo.*

Est autem verosimile etiam, in fasti-  
gio Turricula illius argenteae vel aureae,  
fuisse CRUCEM affabre factam, vti hisce  
quoque temporibus in omnibus istius-  
modi tabernaculis Eucharisticis. Sic  
semper ab Amatoribus CRVCFIXI  
honoratissimus locus fuit adsignatus  
CRVCI.

2. Baron. Tom. 7. Anno Christi 570. Con-  
cil. Turon 2 c. 2.

VII.

AMATOR CRVCFIXI

*Crucis loco, hominem agrum aut paupe-  
rem baiulat.*

S. EDV-  
ARDVS  
baiulat  
pauperem  
agrum.

**E**XEMPLVM eius baiulationis, quae  
DEO æque est grata ac CRVCIS ma-  
terialis, immò gratior multò, est præ-  
clarum, quod Reges prouocet ad imi-  
tationem.



rationem, in vita S. EDVARDI Regis Anglorum. Quidam gente Hibernus vsu pedum caprus sexies profectus erat in Angliã ad S. Petri celebrem Londini ædem, rogaratque B. Petrum supplex, vt sibi vitium pedum corrigeret, gratum se memoremque beneficij in omnem vitam fore.

Misit S. Petrus claudum ad Regem S. Petri Eduardum, vt ab eo peteret deportationem ad templum: nam si humeris regijs deferretur ad templum sanitatem subsequuturam. A Rege id petijt & obtinuit. Rex claudum, tanquam CRVCI (& verè fuit eius CRVX) humeros subiecit, eumque, vt lignum patibularium portauit. Quæ res risum mouit spectatoribus, quorum aliqui Principem suum vt nimis simplicem, immò fatuum dicere, & ab errone peregrino inductum in fraudem, ac ad minus decora. Sed ostendit DEVS, sanitatem restituta, quam sibi grata esset istiusmodi CRVCIS ba- iulatio.

Vitæ scriptor Ealredus plura addit haud indigna relatu. audiatur. Sic scribit. [ Cùm in palatio iuxta Ecclesiam B. Petri Rex aliquando moraretur superuenit quidam vir mirabilis. Hibernicus genere, pedis vtriusque priuatus offi-

*S. Petri benignitas.*

*S. Eduardi facilitas, ac pietas.*

*Iudicata vulgo simplicitas, fatuitas, deceptio.*

*Fœda species claudii.*



16 CHRISTVS CRVCFIXVS

officio. Nerui enim in poplite contracti ad posteriores corporis partes crura retorserant, tali natibus inhaeserant, immersisque carnibus pedum articuli à lumbis eius & deorsum corpus omne peruerterant. Porrectis ad terram manibus, & scamnis suppositis reprobat, & factus sibi metipsum grauis trahebat se post se.

*Preces claudi.*

Hic videns Regis cubicularium ait ad eum: Hugoline, non me respicies, nec misereberis, nec mouebit te tanta calamitas? Et ille: Quid me vis facere? Cui pauper; sexies, inquit, Apostolorum limina repens, ut cernis, visitauit, & sanitatem necdum promerui. Quam tamen mihi Apostolorum Princeps non negauit, sed distulit, socium in hoc miraculo habere volens Eduardum, quem sibi nouit in omnibus esse deuotum. Ab ipso enim Apostolo in mandatis accepi Regem adire, ut me suo sacro subuectum dorso ad Ecclesiam eius, quae palatio vicina est, perferat, recepturum, si id fecerit, membrorum meorum integram sanitatem.

*S. Eduardi commiseratio.*

Hæc ubi nunciata sunt Regi, gratias agit Deo, & citatus mox ager accessit. Rex uero, ut spiritualis ille Asinus fortis accubans in terminis supposuit humeros



mēros suos ad portandum. Pender de humero tanti Principis plenus sordibus pauper, squalidis manibus, brachijs-  
 que squamosis regium illud pectus col-  
 lumque complectitur. Interea ex assis-  
 tentibus ridebant nonnulli, alij à pau-  
 pere Regē delusum iocabātur, alij sim-  
 plicitatem iusti fatuitatem iudicabant.

*Vulgi iu-  
diciū.*

Cū itaq; Rex paullulum processis-  
 set, subitò nerui extenduntur, rigantur  
 ossa, carnes marcidæ recalescunt, emer-  
 gūt à carne articuli, pedes à natibus sol-  
 uuntur. Distēdit homo crura poplite iā  
 flexibili, & sanie cū sanguine profluēte,  
 vestis regia ornatur potius, quā fœda-  
 tur. Iā tunc satis esse clamant omnes sa-  
 natū languentū, onus ac sordes vicerū  
 deponenda. Ille vetò memor præcepti,  
 quod susceperat Syrenarū cantus obtu-  
 rata aue pertiāsiit, ingressusq; Ecclesiā  
 ante sanctū altare holocaustū quod de-  
 tulerat, Deo ac B. Petro resignat, in colu-  
 memque dimisit. Suscepto autem à Re-  
 ge itineris viatico, acturus Deo & San-  
 cto Petro gratias Romā profectus est. ]  
 Breuius.

*Miracula  
sanatur  
claudus.*

EDVARDVS Rex ad vilis mendiculi  
 postulata non erubuit. Is membris suis  
 captus promissā à D. Petro sanitatē alle-  
 uerabat, si BAIULO ad templum REGIS  
 utere-

*Baiulus  
R. x.*



18 CHRISTVS CRVCIFIXVS

uideretur. Quare mox in humeros sustulit  
lit pium onus, ad aram portauit. Itipem-  
que diuitem, lauitatem addidit.

*Ælredus, in vita S. Edwardi. Su-  
rius. Ian. Fasti Mariani.*

VIII.

AMATOR CRVCIFIXI

*admirationem, ob rem insolentem, for-  
mato Crucis signo exprimit.*

*S.  
Admira-  
tionis si-  
gna.*

**M**ULTA sunt admirantis indicia, que  
gestu dantur, sicut admirandi ad-  
uerbia, que ore proferuntur: nonnulla  
minus decora quam ut virum grauem  
deceant: alia nimis à Christiani homi-  
nis tranquillitate abhorrentia. Vnum  
omnibus æquè conuenit, quod in fre-  
quenti est vsu, videturque esse antiquis-  
simum, CRVCIS efformatio. Eius exem-  
plum singulare habemus in Pontifice  
Maximo.

*In Socie-  
tate IESV  
urbati-  
uncula.*

*Paulus  
IV. Pons.  
Max.*

ANNO M. D. LVII. post mortem IGNA-  
TII Fundatoris, cum Vicarium ageret  
Iacobus Lainez, qui postea electus fuit  
Generalis, fuere pauculi Romæ ex So-  
ciji, qui pacem domesticam aliquantul-  
um turbarunt, oblato Pontifici Paulo  
IV. libello supplicis, in quo querelæ con-

*urbarunt.*



tinebantur. Pōtifex cognitionem causæ commisit Cardinali Alexandrino, qui deinde Pontifex creatus, Pius V. est dictus.

Is, factā potestate dicenti illi, qui inter *Pius V.*  
 ter concitatores tumultus non fuerat  
 postremus, audiuit inter cetera, quod  
 Vicarius sibi pœnam iniunxisset, ob  
 causam, quam non mereri pœnam iu-  
 dicabat: id ille nimirum ægrè ferebat.  
 Quæ fuit Cardinalis: quam tibi pro ea  
 re pœnam imposuerunt Patres? Tum  
 delator confidenter: vt semel, inquit,  
 Orationem Dominicam, semel Saluta-  
 tionem Angelicam pronunciarer.

Hic verò stomachatus recti ac seueri *Signum*  
 vir ingenij Alexandrinus, verat verbum *Crucis ad-*  
 addere, abseque ex meritis iracundè *mirantis.*  
 dimittit. Quæ mox cum enarraret Pon-  
 tifici Cardinalis, dicitur Paulus admi- *Auersan-*  
 rans, & auersans insignem cæcitatem, *tis.*  
 quod solemus vulgo in rebus maximè  
 ab opinione abhorrentibus, signum  
 CRVCIS sibi figurasse.

At, cur id faciunt Christiani? (omit- *Veneran-*  
 to venerationis significationem, quam *tis.*  
 semper habet apud bonos CRVCIS ef-  
 formatio) an vt indicetur, per auxesin  
 tamen haud exiguam, tam sibi mirum *Obstupes-*  
 videri id, quod fit aut dicitur, quàm *centis.*  
 mirum.



20 CHRISTVS CRUCIFIXVS

mirum auribus accidit, Dei Filium in  
CRUCEM actum esse?

*In historia Societatis IESV, tomo 2. Fran-  
ciscus Sacchinus lib. 1. n. 86.*

IX.

AMATOR CRUCIFIXI

*ad Crucem suam, in qua figendus, cursu  
contendit, & cum cantu.*

9.

IAPONICI  
Martyres.

ANNO M. D. XCVII. in Iaponia  
XXVI. Christiani Meaci auriculâ  
muletati, Nangalaci in CRUCEM acti ac  
lanceis sunt confossi. Erant inter hos  
sex ex D. Francisci, tres è S. Ignatij fa-  
milia, ceteri diuersæ conditionis ma-  
gni & parui. Ex his LVDOVICVS anno-  
rum XI. qui emittendus erat è vinculis,  
si fidem fecisset missam. Respondit au-  
tem nolle se stultum mercatorem age-  
re, & momentum immortalitate mu-  
tare. In loco supplicij suam tibi CRU-  
CEM monstrari voluit, ad eamque, velut  
ad cupedias cursu contendit. Cælo de-  
nique in cursu iam propior, oculis to-  
toque corpore gestiente, ad illud vide-  
batur euolaturus, nisi vincula prohi-  
bissent.

LVDOVI-  
CVS XI.  
*annorum.*

*Currit ad  
Crucem.*

ANTONI-  
VS crucifi-  
gendus  
cantat.

Geminus huic ANTONIVS cantu in-  
uitavit ad CRUCEM socios, & Davidis  
verba: *Laudate pueri Dominum, melior*  
cygnus



cygnus insonuit. Idem fuit omnium ad  
CRUCES suas currentium certamen: ead-  
dem e CRUCIS cathedrâ conciones vna  
morientium vox, IESVM ac MARIAM  
inclamantium, quæ cum à Christianis  
circumstantibus redderetur, non potuit  
iucundior DEI auribus Echo accidere.

*Crucifigē-  
tium in-  
clamatio-  
nes.*

*Ex Ioann. Hayo Fasti Mariani 5. Febru.*

X.

AMATOR CRUCIFIXI.

*habet Crucem Christi, vt  
Cathedram docentis Magistri.*

**I**TA Dominicam CRUCEM respicie-  
bat S. Augustinus, & vt idem alij fa-  
cerent, dicebat a: *Lignum CRUCIS, in quo  
fixa erant membra PATIENTIS, etiam ca-  
thedra fuit MAGISTRI DOCENTIS. Et S.  
Thomas Aquinas eodem sensu. b. In  
quacumque tentatione inuenitur in CRV-  
CE subsidium Ibi enim est Obedientia ad  
DEVM, ibi caritas ad proximum, ibi pa-  
tientia in aduersis, denique in CRV-  
CE inuenitur doctrina, & exemplum o-  
mnis virtutis. Vnde Augustinus: CRUX  
non solum patibulum fuit Patientis,  
sed etiam CATHEDRA DOCENTIS.  
Quid docet ex hac Cathedra Doctor*

IO.  
S. AVGV-  
STINVS.

S. THO-  
MAS A-  
QUINAS.

CRV-



CRUCIFIXVS ? Audi prælectiunculam  
nec pluribus indigebis. c.

*Prælectio*

*Christi in  
Cruce.*

VOLO te addiscere perfectam abne-  
gationem tui in voluntate mea sine cō-  
tradictione & querela. Sequere me:  
„ Ego sum Via, Veritas & Vita. Sine via  
„ non itur: sine veritate non cognoscitur,  
„ sine via non viuitur. Ego sum Via, quam  
„ sequi debes: Veritas, cui credere debes:  
„ Vita, quam sperare debes. Ego sum  
„ Via inuiolabilis, Veritas infallibilis,  
„ Vita interminabilis. Ego sum Via re-  
„ ctissima, Veritas suprema, Vita vera, Vi-  
„ ta beata, Vita increata. Si manseris in  
„ vitâ meâ, cognosces veritatem, & veri-  
„ tas liberabit te, & apprehendes vitam  
„ æternam.

*Christo*

*Crucifixo  
creden-  
dum.*

Si vis ad vitam ingredi, serua man-  
data. Si vis veritatem cognoscere, crede  
mihi. Si vis perfectus esse, vende  
omnia. Si vis esse discipulus meus, ab-  
„ nega te ipsum. Si vis beatam vitam  
„ possidere, præsentem vitam contempne.  
„ Si vis exaltari in cœlo, humilia te in  
„ mundo. Si vis regnare mecum, porta  
„ CRUCEM mecum. Soli enim serui CRU-  
„ cis inueniunt viam beatitudinis, & ve-  
„ ræ lucis.

a. *Lib. de agone Christiano. cap. 11. b. cap. 12.*  
*ad Hebræos, c. Thomas de Kempis lib.*



3. de Imitat. Chr. cap 56. cuius prescri-  
ptio: Quod nos ipsos abnegare, & Chri-  
stum imitari debemus per Crucem.

DECAS II.

I.

AMATOR CRUCIFIXI

non tam studiosè semper quarit Crucem,  
quàm sponte oblatam promptissimè  
semper ample dicitur, & portat.

II.

SUNT nonnulli, qui feruore imitan-  
di CHRISTVM PASSVM, patiendi in-  
strumenta vndique conquirunt, & non  
nūquam supra vires sese onerant, CRV-  
CES trabales humeris imponunt, flagel-  
lis stellatis dorsum cadunt, nudis gra-  
diuntur pedibus via non lurosa tantū &  
saxosa, verum etiā spinis ac paliuris cō-  
strata. Laudandus est feruor, sed optan-  
dum est, vt sit secundum scientiam San-  
ctorum. Non omnibus omnia conue-  
niunt. Potest esse quispiam Amator  
CRUCIFIXI, quamuis CRUCEM materia-  
lem non baiulet, quamuis CRUCEM li-  
gneam ad portandum non quærat; mo-  
dò illam, quæ se offert, siue corpora-  
lem, siue spiritualem, portare non recu-  
set.

Instrumenta Ama-  
torum fer-  
uentium.

Cruce,  
Flagellis  
Nudipe-  
dalia.  
Spina.

Pius



## 24 CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Cruces  
sponte ob-  
lata cur  
amplexā-  
da.*

Prudēter scripsit Vir doctus ac pius:  
Habeu in dies ac horas, quod patiare, si ex-  
ercere patientiam cupias, nec erit opus ut  
queras CRUCEM, decem pro una se ubique  
offerent non quasua. Hoc ego desiderium pa-  
tiendi, ac sic baiulandi CRUCEM & CRV-  
CIFIXIONIS, vsuque eius cum opus  
est facile quasuis CRVCIBVS anteposui-  
rim semper. Nam sine labore plerumque  
toleramus, quæ ipsi quæsiuimus mala,  
sed quæ nobis aliunde inferuntur, quæ-  
uis leuiora, indignabundi reijcimus. Si  
quem subinde spiritus impetus rapit ad  
altiora, is prudentiæ ac discretionis re-  
gulâ temperandus est, & Sancto r̄ haud  
immodica consecrantium exemplis.

a. *Matthæus Raderus 2. par. Viridarij SS.  
c. 4. de Contemptu sui, & confirmat do-  
ctrinam istam exemplo Isaaci Syri ana-  
choreta, & verbis grauissimis antiqui in  
eremo degentis Patris.*

### II.

#### AMATOR CRVCIFIXI

*dissuasorem Crucis, ac Crucifixionis acriter  
à se repellit.*

12.  
CHRISTVS re-  
pellit Pe-  
trū dissua-  
sorem  
Crucis.

Hic exemplum pono Christi Domi-  
ni, relatum simpliciter à Mar-  
co Euangelista, a. sed diligenter  
perpen-



perpensum, & suis circumstantijs paulo fusius descriptum à præclaro commentatore hunc in modum. *b* CHRISTVS Dux noster ac morum præceptor exemplo suo egregiè docuit, in quo vera animi tranquillitas & humilitas consisteret. CRUCEM enim, CRUCIFIXVM, inquam, cum quâ coniunctæ sunt simul omnes contumeliæ, qua nihil indignius, nihil infelicius, nihil grauius putabatur, pro certo humilitatis signo tollere voluit, atque ab eadem ipse tolli.

*Extollit  
Crucem.*

*Tollitur à  
Crucem.*

Cuius rei consilium ac voluntatem cum in Senatu Apostolorum, qui cælestis Philosophiæ tertium iam annum cælestem Doctorem audierant, & Sapientiam ex ipso fonte Sapientiz hauserant, aperiret, summamque Ierosolymâ petiturus exponeret, quàm mox, & quam impiè prodendus, & quàm cõtumeliosè ludendus, consputandus, cædendus, condemnandus, & demum cum latronibus in CRUCEM tollendus esset, ita expauit, præter ceteros, ipse princeps sacri illius Collegij Petrus, vt Magistrum suum, seu potius ipsam Sapientiam sibi monendam & docendam putaret, vt hoc, & tam atrox CRUCIS ferendæ consilium abijceret. *Absit*, inquit, *à Te Domine non erit Tibi hoc.*

*Prædicie  
Crucifixionem.*



26 CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Petrus dis-  
suadere  
conatur.*

*Argumē-  
ta Petri.*

*Sensus  
Gentium  
Crucifi-  
xionem de-  
testari.*

AN ignoras Te fatu diuino Patris im-  
mortalis editum? Nescis ne Te Orbis  
terrarum Dominum, ac vitæ, & necis  
arbitrum esse? Tunc sanctissimum, & i-  
psis Cælitibus venerandum Caput im-  
pudentissimis capibus ad omne genus  
Iudibrij offeres? Quid homines, qui tua  
hucusque Diuinitatem adorarunt, mi-  
racula spectarunt, Maiestatem in Te plus  
regiam coluerunt, dicent? Quorsum ite-  
ri & tantorum laborum fructus, quos  
tot annos sudore tuo collegisti, euadent?  
Nonne omnes in Te offendentur? om-  
nes Te deserent? omnes tui conatus in  
nihilum recident? Quid nostra tota na-  
tio? quid rursus Iudæa? quid omnis po-  
steritas cogitabit? Poterit ne sibi per-  
suadere Te voluntate, non necessitate  
coactum, hæc, quæ futura prædica-  
mala tolerasse? Aliam quære viam ex-  
pediendæ salutis nostræ, vi polles im-  
mensa, rationes occurrent infinitæ.

QUI omnium, qui fuerunt innocen-  
tissime de CRUCE cogitas? quod genus  
mortis meditaris? An Te fugit, qui no-  
sti omnia, quid de CRUCE nostra gen-  
tium quid Romani, quid orbis vniuersi  
sentiant? Non vides, nullum suppli-  
cibus esse hoc infelicis, vilis, con-  
tumeliosus? Certe, intelligis, ne



nia perditissimos seruos, sicarios, latrones, parricidas, proditores in CRUCEM agi? Nonne mortis huius infamia hærebit sempiterna? Quare etiam atque etiam vide, quid de Te, tuisque consulas.

Ne Te quæso per caelestem Genitorem tuum ad eò miserè perditū eas, parce Capiti tuo, caue nostro. Da hoc pietati sanctissimæ & innocentissimæ Virginis & Genitricis tuæ, quam tuâ morte exanimabis. Da lacrymis & amori optimæ tuique amantissimæ Magdalenzæ, quam dolore tuo enecabis. Da nobis, quos in disciplinam receptos tres ipsos annos caelestibus mysterijs imbuisti, quos omnes terrore necis tuæ dissipabis. Da hoc ipsum naturæ, & toti rerum vniuersitati, quæ tam fædo tristiq; spectaculo contremiscet & fatiscet. Da ipsi, cui pares dignitate potestaque caelestis Patri, ad cuius ignominiam filij contumelia, hoc est, terribilissima CRUCIS infamia redundabit. *Absit ergo à Te Domine. Absit hoc à Te, Petrus iterum iterumque monet, humano suggerente sensu & prudentia, quæ stultitia est apud* **DEVM.**

*Obtestatio  
vehemens  
Petri.*

**CHRISTI  
responsio.**

Quid verò contrà caelestis Sapiencia, increpatio? quid respondit? Tacuistis, & precibus obiurgacelsit? *sig.*

*B a*



28 CHRISTVS CRUCIFIXVS.

cessit? approbavit orationem? consi-  
 lium mutavit? CRUCEM reiecit? Reie-  
 cit? immò verò maiori animo suscepit,  
 Petrumque tam durè atque vnquam  
 antea obiurgavit, subitoque compe-  
 scuit, & statim subiecit: *Si quis vult ve-  
 nire post me, abneget semetipsum, & tollat  
 CRUCEM suam, & sequatur me.* Quali  
 ratio vniuersæ salutis nostræ in cõtem-  
 ptione omnium rerum humanarum,  
 & vitæ humilitate, CRUCEQUE confi-  
 stat. Quod sanè Dominus IESVS non  
 tam verbo docuit, quam re ipsa com-  
 probavit.

a. S. Marcus cap. VIII. b. Mattheus Ra-  
 derus 2. p. Viridarij SS. cap. 6. de Humi-  
 litate Christi.

III.

AMATOR CRUCIFIXI  
*disuadentem sibi Crucem, suamq; Crucif-  
 fixationem, habet tanquam Satanam,  
 & à se cum indignatione  
 amandat.*

13.  
 CHRISTI  
 in Crucem  
 propensio.

**H**Ve ducit Christi Domini exem-  
 plum quod multas habet circum-  
 stantias consideratione dignissimas.  
 Postquam Christus Dominus patefe-  
 cisset Discipulis Diuinitatem suam  
 mox docuit eos de sua PASSIONE &

MOR



MORRE: tum vt perfecte eos instrueret in fide, cuius duo sunt principia, Christi Diuinitas, eiusque Humanitas, cui adherent PASSIO & CRUX, per quam redemit orbem: tum ne videntes Christum patriac mori in CRUCE de eius Diuinitate dubitarent: tum, vt ostenderet esse congruum mori in CRUCE, ad satisfactionem pro peccatorum debito, & vt sic intraret in gloriam suam: denique vt ita incitaret sequaces suos ad ferendum post se CRUCEM.

Vt audiuit Petrus Christum de CRUCE differentem, assumens eum seorsim, *Petri d* hoc est, terrahens, & ab alijs seuocans, *Crucifi-* *xione* ne coram ijs Magistrum reprehenderet, *Christi* dixit: *Absit à Te Domine, non erit Tibi horror,* hoc: ac si diceret, vt colligitur ex Græco, propitius sit Tibi DEVS, prohibeat hoc Pater æternus, parce Tibi Christe, nam potes: quid cogitas? Tu in CRUCEM: Filium DEI vivi crucifigi? ô probrum! ô dedecus!

Hæc audiens Christus, quamuis ex *Satana* amore erga se Petri prolata, ad eum *nomen.* conuersus, dixit: *vade post me Satana: scandalum es mihi* (Syrus legit, offendiculo es mihi) *quia non sapiens es qua Dii sunt, sed ea qua hominum.* Acris increpato, & tam acerba, vt existimauerit



30 CHRISTVS CRVCIFIXVS

S. Hilarius, quamuis τὸ vade post me, referatur ad Petrum, tamen, τὸ Satana scandalum es mihi, non referendum ad Petrum, sed ad Diabolum, qui suggererat Petro, vt diceret: Absit à Te Domine.

Ad ad Pe-  
trum refe-  
rendum.

Sciens, inquit Hilarius, Domineis diabolica artis instinctum, Petro ait: Vade retrò post me, id est, vt exemplum suae PASSIONIS sequatur. In eum verò per quem opinio haec suggereretur, conuersus, adiecit: Satana scandalum es mihi. Non enim conuenit existimare Petro Satana nomen, & offensionem scandali deputari, postmodum illa beatitudinis, & potestatis tanta praeconia.

Petrus  
quomodo  
Satanae?

Nihilominus reliqui Patres b. & Scripturae Interpretes, τὸ Satana, iungunt cum vade post me, totumque Petro dictum arbitrantur, hoc sensu, abi a meo conspectu, facesse hinc, recede quanto cyus: nam dum talia suggeris non amicus mihi es, sed Satanas, id est, aduersarius, & scandalum, hoc est, offendiculum mihi praebes, & impedimentum ponere niteris. CRUX mihi subeunda est: hoc salus hominum exigit, ita decreuit Pater, sic egomet, voluntarie sacrificandus, proposui.



•••



S. Hieronymus. *Mea voluntatis est, & Voluntas Patris, ut pro hominum salute (in Cruce Christi & ce) moriar? tu tuam tantum considerans Patris voluntatem, non vis granum vitici ca- Crucifixio. rere in terram, ut multos adferat fructus*

Idem, Petre, (ut commentatur S. Thomas) quia contrarius voluntati mee, debet aduersarius appellari (Satanas enim interpretatur aduersarius) siue contrarius.) Non tamen, ut plerique putant, eandem Satanam & Petrus sententia condemnantur: Petro enim dicitur: Vade retrò me Satana, id est, sequere me, quia contrarius es voluntati mee. Ille autem: vade Satana, & non ei dicitur, retrò: ut sababatur, Vade in ignem eternum.

Petrus  
contra-  
rius.

Idem Satana

Causa erroris in Petro additur verbis ijs: Non sapis (non cogitas, non perpendis) quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum ex affectu humano loqueris, quod suggerit humana prudentia, quod caro & sanguis, quod amor terrenus, profert: decretum Patris æterni perpendendum esset de Cruce portanda & subeunda, ac secundum illud cogitationes omnes & consilia referenda.

Causa erroris Petri  
Affectus  
humani.

a. Matthæi xvi. 22. Marci 8. 32. b. S. Chrysostomus, Euthymius, Hieronymus, S. Thomæ.

B A ANA



## IV.

## AMATOR CRVCIFIXI

*à Christi in Cruce pendentis cogitatione  
ingit pendet.*

14.  
*Praxis v-  
tilissima.*

**I**D quanti sit meriti, honoris, & gloria  
apud DEVM, & quantoperè CRVCIFIXO  
placeat, ac quomodo præferendū  
sit multis austeritatis operibus, doce-  
mur exemplo B. STEPHANI PRESBYTE-  
RI, cuius est celebris mentio apud Io-  
annem Moschum in Prato spirituali, v-  
bi id, quod sequitur, leges.

B. STE-  
PHANVS.  
*Presbyter.*

Abbas Ioannes cognomento Mol-  
bas narrauit nobis de venerando senex,  
B. Stephano Presbytero, quod cum  
aliquando iecur illius grauerè infirma-  
setur, ex quâ infirmitate Sancta illa A-  
nima migravit è corpore, coëgerunt il-  
lum Medici carnem manducare. Erat  
autē illi frater secularis quidam, sed val-  
dè religiosè, & secundum DEVM viuēs.  
Factum est autem cum carnes comede-  
ret Presbyter, superuenit frater eius se-  
cularis, vidensque illum vescentem car-  
nibus scandalizatus est, & valdè contri-  
stus, quòd ex tanta abstinentia, atque  
continentia, in extremo vitæ suæ tēpore  
ad comedendū carnes deuolutus esset.

Mox



Mox ergo in ecstasi factus, vidit quēdam dicentem sibi: quare sic de Presbytero scandalizatus es, quia illum carnis vesci vidisti? nescis, quia necessitate compulsus, & propter obediētiam hoc fecit? Nempe, propterea scandalizari non debuisti, si enim merita & gloriā fratris tui videre cupis, retrò te cōuerte & vide. Cōuersus vidit fratrem CRUCIFIXVM cum Domino CHRISTO, aitque ad eum is, qui illi apparuerat: Ecce in quā gloria frater tuus est. Fuisse CRUCIFIXVM cum Christo fixū Stephanum vita eius satis indicauit, cū à CHRISTI IN CRUCE pendentis cogitatione, vt vetus CRUCIFIXI Amator semper penderet. Ego, in quiebat ipse, die noctuque nihil aliud aspicio, nisi Dominum Nostm IESVM CHRISTVM IN LIGNO CRUCIS pendentem.

*Instructio  
pro parien-  
tibus scan-  
dalum.*

*S. Stephe-  
nus Cruci-  
fixus.*

*Cogitatio-  
ne, Medita-  
tione,  
Contem-  
platione.*

*Ioann. Moschus in Prato Spirituali ca. 45.*

V.

AMATOR CRUCIFIXI

*consideratione Passionis Dominica, pauperum, quibus benè facit, ingratiudinem patitur haud grauatè.*

**H**oc remedium suggestit Zosimas, nominatus in Vitis Patrum, cuius

19.

B 5 hæc



54 CHRISTVS CRVCFIXVS

**ROZINAS** hęc est relatio. Peritam à B. Dionysia se  
**DIONYSIA.** præsente stipem, illamque pro ratione  
 facultatum suarum impertitam esse pe-

*Ingratus  
 pauper.*

centi subsidium, sed illum, quod pro spe-  
 minus accepisset, cępisse inhumanè cõ-  
 uiriari illi, & de me illaque dicere, quę  
 præter omnem erant honestatem. Indi-  
 gnata & incitata Dionysia voluit vltum  
 ire tantam iniuriam. Quod ego sentiēs,

*Crucifixo  
 perpassio-  
 nes pen-  
 sanda.*

quid tibi vis, inquam, Domina: tibi que  
 insidiaris? Omnem enim virtutem ab a-  
 nimo excludis. Quid dignum ijs susti-  
 nebis, quę pro te **CHRISTVS CRVCFI-**  
**XVS** sustinuit?

*Mansue-  
 tudo ne-  
 cessaria.*

Meministi, Domina, quantã vim o-  
 pum, veluti stercora, dissiparis? Quod si  
 mansuetudinem tibi nõ comparaueris  
 perinde eris, ac Faber ferrarius, qui mas-  
 sam ferri tundit, & nullum inde vas cõ-  
 ficit. S. Ignacius, Mansuetudinem, in-  
 quit, volo, qua omnis vis & potestas  
 Principis huius mundi enervatur. No-  
 ta res est contemptus mundi, nulla re

*Reddit  
 impertur-  
 babilis,*

perturbari. Est qui multa auri pondo, &  
 talenta contemnit, & afficitur vnã aci-  
 eulã, cuius gratiã commouetur, & loco  
 talenti colligit spinam, efficitur manci-  
 pium acus aut enculli, aut pallij aut li-  
 bri, nec est seruus Dni, sed illius, quod  
 amat. Præclare dixit ille è Sapientium

charo



choro: quot vitia animi, tot domini. Et  
Apostolus, a quo quis superatus est, hu-  
ius & seruus est. His auditis Dionysia e-  
mendata, & admirata: inuenisti, inquit  
bat, DEVM, quem desideras.

2. Petri 2.19.

VI.

AMATOR CRUCIFIXI

non tantum est Admirator, sed multo magis  
Imitator Passionis Dominicae.

**Q**VIS non admiretur CHRISTVM DEI  
Filiū vitam omnem suam in sum-  
mā rerum egestate in maximā corporis  
acerbitate, in incredibili aduersitatum  
tolerantiā traduxisse? nocturnas in mō-  
tibus egisse vigilias, diurnis laboribus  
fatigatum non habuisse vbi caput reclina-  
ret, quadraginta diem sustinuisse  
inediā, continuis ambulationibus, con-  
cionibus, disputationibus infregisse vi-  
res? denique per famem, sitim, contu-  
meliarum perpeffiones assiduas, vincu-  
lorum iniurias, flagellorum plagas, ad  
CRUCEM conuolasse, ac cum tanta apud  
plebem infamia fuisse voluntariē CRV-  
CIFIXVM?

16.

Admiratio  
Crucifixio  
facilis est  
enilibet.

Christus  
magis ad-  
mirabilis  
quā ullus  
Philosoforum, phusc

Quis hæc non miretur magis, quā ce-  
lebratā Philosophorū patientiam, Gym-  
nasticarum tolerantiā, Masinista



36 CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Imitatio  
Christi.*

rum, Seuerorum, Spartanorumque la-  
bores immodicos? Sed non tam Admi-  
ratio probat Amatorem CRVCIFIXI,  
quàm imitatio. Multos habet Christus  
admiratores Passionis suæ, paucos imi-  
tatores: multos, qui vidēt CRVCIFIXVM,  
paucos, qui crucifiguntur cū CRVCIFIXO.  
*Si quis vult venire post me,* inquit CRV-  
CIFIXVS, *abneget semetipsum & tollat*  
*CRUCEM SVAM & sequatur me,* id est, i-  
mitetur me. Quod protulit Christus, tã-  
quam axioma propriū suæ scholæ, post-  
quam Petrus dixisset: *Abstet à Te, Domi-  
ne, non erit tibi hoc.* Quasi Christus re-  
sponderet, inquit D. Chrysostomus: b

*Officia I-  
mitatoris  
Christi.*

*Tu, ô Petre, dicis mihi, Propitius esto Ti-  
bi ( parce vitæ tuæ ) ego autem dico tibi,  
quoniam non solum prohibere me à PAS-  
SIONE nocuum tibi est, sed neque saluari  
poteris, nisi patiaris, & moriaris & vitæ  
abrenuncias semper. Tibi omnibusque  
mihi caris edico, Petre, & moriendū es-  
se mihi in CRUCE ex decreto Patris, &  
hâc mortē ac CRUCEM cuiq; fidei imi-  
randā esse, si meus affecla & discipulus  
haberi velit. Tria autem præcipit, vt  
cōmentatur D. Chrysostomus. Primum  
est, *Abneget semetipsum.* Secundum, *Tol-  
las CRUCEM.* Tertium, *Sequatur me.**

*Imitatio*

Hæc sunt officia Imitatoris CRVCI-



FIXI. Ad quæ nō cogit Christus nec vim *Christus*  
 infert, inquit idem S. Chryfostomus, sed *ad imita-*  
 volentes inuitat, eoque vehemētissimè, *tionem.*  
 quia blandissimè, sicq; efficacissimè al-  
 licit. Nam non proponit vel exigit nisi  
 imitationē & sequelam. Dicit enim, *Ve-*  
*nite post me.* Quid est hoc? Non eritis pri-  
 mi qui glaciem hanc calcabitis: nō vos  
 primi per spinas has ambulabitis: non  
 primi CRUCEM conscenderis. Ego Dux  
 vester coronatus thamnis præibo: præ-  
 cedentem sequimini; & sequimini illū,  
 qui non exemplo solum sed adiutorio  
 etiam antecedit, certus pro se & suis de  
 victoria & triumpho, quem spondet se-  
 quentibus.

CELEBRANT profani Catonē, quod *Cato præi-*  
 presens militibus per arenas Lybicas ex-  
 stimularit singulos, ingeminando: *militibus.]*

— pericula vestra

pertinentate meo. —

Ad CRUCEM vos voco, inquit CHRIS-  
 TVS, sed nihil mando, quod non prius  
 exequar: nihil præcipio, cuius non me  
 Ducem offero & Ductorem: acutus mi-  
 liti est stimulus Imperatoris exemplū.

DICEBAT Gedeon c Dux animosissi- *Gedeonis*  
 mus milites suos ad præliū contra Ma- *inuitatio.*  
 dianitas incitans: *Quod me facere videri-*  
*tis, hoc facite.* Me tuba clangente clangi-



## CHRISTVS CRVCFIXVS

rote & vos: Me clamante, Domino & Gedeoni, clamatore & vos: Me lagenam meam hauriente, fraugitore & vos vestras. Me laeva manu lampadem tenente, tenerote & vos. Me manu dextra tubam tenente, eamque porro inflante, tenerote similiter, & inflatote etiam vos. Me meo in loco stante, state & vos in vestro sioguli.

Gedeon  
typus  
Christi.

Quid verus noster Gedeon, Madianitarum infernalium terror ac profligator? Quod me videritis facere, hoc facite. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat CRUCEM SVAM & sequatur me. Me CRUCEM MEAM baiulante, & vos vestram baiulare, Me cum CRUCE MEA montem Calvariae conscendente, & vos cum CRUCE VESTRA montem Patientiae conscendite. Me in CRUCE MEA spiritum meum Patri commendante, ac tradente, & vos in CRUCE VESTRA spiritum vestrum Patri commendate ac tradite, veri Amatores quia Imitatores CRVCFIXI.

a. Matthai xvi. 24. Luca ix. 23. Marci viii. 34. b. *Comments. in Mattha. 6. Iudicum vii.*



## VII.

## AMATOR CRUCIFIXI

in columnâ, velut in Cruce, Christum dis-  
ta Passum, Columna alligatum, tan-  
demq; Crucifixum mundo  
exhibet.

Id fecerunt ad stuporem orbis olim *Stylites*  
Viri quidam religiosi, dicti STYLITÆ, quia Columnam (quæ Græcis  
dicitur σύλος) insistebant, seu in Co-  
lumna, aut supra Columnam degebant. *Columnæ  
mansuræ*  
Eius forma fuit, ut est verosimile, ro-  
tunda, altitudo varia: primò, aliquot  
pedum, novem, aut duodenum, cum  
aliquot cubitorum, tandem pluri-  
morum: fuisse enim vicenum duum,  
immò tricenum senum, postremò,  
quadragenum apud Nicephorum re-  
perio.

Modius, seu cella, siue domicilium *Cella co-  
Columnæ* impositum, in quo consiste-  
bat Stylites, in omnem partem duos *imposita*  
cubitos, seu tres pedes patebat; re-  
cto nullo, ut liberè cœlum omne contem-  
plaretur, & omnibus celi iniurijs expo-  
situs, maiorem haberet tolerantia sege-  
tem, indeq; auream patientia mensem.  
Ianus habebant nonnulli, nullas *Ianus*



## 40 CHRISTVS CRUCIFIXVS

alij, quod tempestatis violentia parietis partem dissecisset.

*Scala.*

Scala adinouebantur, cum vel alij ad Styliam enitebantur, vel is ad alios descenderet. Quod quidem vel nunquam, vel ad summa Reipublicæ pericula deuocatus factitabat.

*Columna affixus.*

In Columnâ suâ QUILIBET, tanquam verè CRUCI affixus, absque Crucifixione materiali in ligno, statione æternâ se cruciabat: nec enim iacendi, vel decumbendi spacium erat. Poterat tamen sedere (vt opinor) si vellet: sedisse vllū, aliter, quàm CRUCIFIXVM in altâ trabe, nullibi legitur.

*Sessio.*

*Viuedi ratio.*

Quæ fuerit in tali CRUCE viuendi ratio: an infomnis, stando semper excubuerit: an aliquando, & qualem cibum sumpserit: an quæ naturæ necessitas postulat, & lex præscribit, id quæ vbi fecerit: nam homo erat stans in Columna, tu tecum tacitus considera, & exemplo vnius disce.

*Simeon Stylites.*

SIMEON Stylitarum auctor primâ pueritia vsque ad tertium decimum annum ouilia sequutus, patris gregem custodiuerat, cum à tam humili stirpe ad culmen perfectionis Christianæ fuit euectus. Quod hunc ferè in modum accidit. Iuuenis templum ingressus audiuit



diuit ab Ecclesiaste, beatos, qui in præsens lugerent, eisdem enim in cœlo sempiterna consolatione perfundēdos, purasque mentes beato Numinis æterni aspectu perpetuū fruituras.

Instructus deinde à viro religioso, *In cœno-*  
quomodo per regiam viam *GRVCIS bio auste-*  
ambulando ad fastigium perfectionis *ritati de-*  
Christianæ peruenire posset, ad cœno- *dius.*  
bium se contulit. In eo septendiali se  
ieiunio impransus & incarnatus mace-  
rabat: palmeo fune præduro & aspero  
corpus tam arctè stringebat, vt intra  
decimum diem exulcerata caro vermi-  
naret, sanieq; computresceret: tū alios  
atque alios modos se torquendi adhi-  
bebat, quæ speciem habebant crudeli-  
tatis, & erant reuerà in se crudeles.

Solitudinis amans in cisternam arē. *In cister-*  
tem descendit, vbi solus Deo operaba- *na conclus-*  
tur, noctes & dies votis vnicè intentus. *sus.*  
Post hæc, gurgustio foribus obstructis  
clausus quadraginta dies ad CHRISTI  
exemplum ieiunus perduravit. Quem  
Bassus Presbyter, exacto tempore, per-  
fracta ianua offendit humi fulum, ex-  
animi similē, quod nec surgere posset,  
nec loqui. Reperit & decem panis orbes. *Ieiunium*  
cum hydria aquā continente, intactos, *quadra-*  
tot enim illi Bassus in dies quadraginta *ginta die-*  
dederat, *rum.*



## 42 CHRISTVS CRVCIFIXVS

dederat, qui spongia iacentis labra hu-  
me etas spiranti sacra synaxin porrexit,  
& oluscula pauca cum intubis lactucis  
sumpsit, alterosq; quadragintadies, ea-  
de sibi abstinencia, & de in alteros duxit,  
donec ipsa inedia disceret inedia pati.

*Statio eo-  
nina.*

Ad hoc ieiunium accedebat inges as-  
fidue standi labor: primis enim diebus  
stabat totis: deinde, cum vires inedia  
labascere, assidebat: demum sessione  
fatigatus, postremis diebus mortuo  
propior, quam viuo, etiam decumbebat.

*In rupe  
degit.*

Post haec, ad rupem praecessam, paullo  
amplius noue miliaribus Germanicis  
Antiochia distantem contendit, in qua  
reliquum vitae tempus omne consum-  
psit, sed non vna quadam ratione.

*Catenam  
constrin-  
gitur.*

Primum enim fastigium montis, quod  
stadijs amplius viginti tollitur, septo,  
seu vallo in orbem cinxit, vinculaq; de-  
inde ferrea viginti cubitorum adhibuit,  
quorum altero caput saxo ingesti curauit  
appendi, alterum pedi dextro applicuit,  
vt extra septum volens etiam ponere ve-  
stigium non posset. EN CRVCIFIXVM NO-  
in ligno sed in rupe, non clavis, sed cate-  
nis. A quibus exemit Simeonem Meletius  
Antiochia Pontifex vir prudentiae sin-  
gularis; qui negauit opus esse ferreis  
vinculis ei, quem Numinis amor loco-

cor



cum CRUCE, affixisset, & affixū (CHRISTI  
in super amor & imitatio) facile teneret.

Solvente ergo à pedē catenā fabro, sub *Cimices*  
consuta pellicula, qua crus munierat Si- *torquens*  
meon, ne aspera scabrities ferri pedem *pedem*  
abraderet, vidit Meltrus nidificasse ci-  
micū sordes, quæ assidue Simeonis nō  
prohibentis pedē depascebant, eū facile  
manu cōpressa pelle oēs posset necare.  
Sed contēpsit minutarū bestiolarū mor-  
sus, quamuis molestos generosa Simeo-  
nis virtus, tanq̄ per minoris malitolerā-  
tiā ad maiora patiēda animū erudiret.

TANDEM eo ipso in loco, quem vallo *Columna*  
munierat, in montis vertice columellā *altitudinis*  
erexit (quā CRUCEM dicere possis) nō al- *varia*  
tiorē pedibus nouem; mox alterā tanto  
excelsiorem; postea, viginti duorū cu-  
bitorum; ac postremam sex & triginta:  
quamquā alij surrigant ad quadraginta,  
vt pedes esset alta sexaginta; tot enim  
efficiunt cubita quadraginta.

Hanc ille Columnam, velut CRUCEM *Columna*  
suam, postquā ascendit, nunquā assedit *vt Crucē*  
amplius: sed prima quadraginta diali *ascendit*  
statione trahi se alligauit, vt ad CRUCEM  
alligati fuēre multi martyres: corpus  
verò ita funibus adstrinxit, vt in solū nō  
posset defluere: alteris deis iā liber cœ-  
lesti tantū virtute nixus constitit: ac ita  
deus



44 CHRISTVS CRUCIFIXVS

deinceps per omnes vitæ annos, quoad vicina sibi sidera, post mortem attingit, in assiduo standi labore se cruciavit: nec somno vnquam indulgit, nec assedit vnquam, nec solo corpus prostravit, nec cibum gustavit, nisi die Dominico, nec amplius, quam in sacra Eucharistia porrigi solet ad sacram mensam accumbenti.

*Stat vno pede, ut ciconia.*

Immo, sæpe totas noctes, cum festus dies immineret, protensus in cœlū manibus immotus consistebat, cœlumque assiduis votis pulsabat. Et quod omnem fidem excedere videretur, toto anno, ciconiarum ritu, vno duntaxat pede totum sustinebat corpus, si vera Antonius eius discipulus tradit.

*Incuruatio suspenda.*

Frequenter cum DEVM adoratione veneraretur, corpus adeò incuruabat, ut fronte pedes contingeret: & fuit, qui intra breue tempus numeraret adorationes huiusmodi cum corporis totius inflexione mille ducentas quatuor & quadraginta.

*Ad modū circuli.*

Res mira, hominem eius ætatis potuisse corpus ad modum circuli, velut in orbem cogere, & ore pedum vestigia libare, quod agrè etiam tenui corpore faciunt adolescentuli, cum sessitando manibus pedum digitos conantur ad



os intorquere. Minuit admirationem Theodoretus, cum suggerit, Simeonē non fuisse ventrosū, nec cibum gustasse, nisi vice simplici per hebdomadam, quod perinde erat, ac si nihil omnino sumpsisset.

ITA SIMEON CHRISTVM PASSVM CRVCFIXVM imitatus est, donec tandem post tam longas & diturnas in Columnā excubias; ad nunquam terminandam quietem Beatorum per mortem quæ CRVCFIXORVM omnium est optata in hac vita meta, peruenit.

*Hæc aliæque ex Theodoro, Eugenio, Metaphraste, Theophane, Nicephoro, Glyca. Menais Græcorum, & alijs diligenter collegit descripsitq; Matthæus Raderus, in Viridario SSrum p. 3. cap. 4. quod est de Stylitis, ubi plures Simeoni discipulos & imitatores reperies.*

---

VIII.

AMATOR CRVCFIXI

*pedem non extendit ad ascendendum, vel descendendum, nisi formas præ Cruci signo.*

189

**I**D quàm utile sit gressum promouēti, quàm gratum CRVCFIXO, quàmque ingratum insidiatori infernali, licet *Damonis illusio.* colli-



46 CHRISTVS CRUCIFIXVS

colligere ex facto Simeonis Scylicæ paullo ante laudati. Cum Diabolus inuideret Sæcti illius in omni genere virtutum profectui, & præcipue austeritati, qua stans in Columna se affligebat assidue, conuersus formâ exteriori in Angelum lucis, missum se dixit à supremo spectatore ac remuneratore D<sup>E</sup>O, vt illum in curru Solis, quemadmodum olim Heliam ad cælum deueheret, vt digna tantis sudoribus præmia caperetur, proinde quadrigas ascenderet in cælum deportandus.

*Dæmon  
aurigator  
evanescit.*

Simeon precatus Numen, alterum pedem profert è statione, simulque signo Sanctæ CRUCIS, more suo, se cõmunit, cum extemplo phantasma Aurigatoris & vehiculi in ventum & auram evanescit. Quæ fraus aded male habuit Simeonem, vt in penam credulitatis, pedem protensum toto anno non retraxerit, sed altero solum totam corporis molem sustineret.

*Hoc Simeonis factum omisit Theodoretus, quia ultima vite annis evanit, cum Theodoretus abisset, tradit tamen Anapovius Simeonis discipulus*



## IX.

## AMATOR CRUCIFIXE

Religiosus, videns ante se aceruum num-  
morum, signo Crucis se muniens, velut  
fossam exitialem transiit, ac  
fugam cepessit.

19.

CUM in Oriente vigeret Religiosorū *Stylita E-*  
in Columnis separatim vitam degē- *desseus.*  
tium ascetis, STYLITA Edessa fuit, quē  
Theodorus magnus eundem visis  
Pontifex conuenit, rogauitque, quot  
annis eo in loco versaretur, & quam vi-  
tæ rationem teneret, ne quid quod ad  
Dei Opt. Max. laudem pertineret, oc-  
cultum habeat. Hic ille suspirans, & cū  
lacrymis: exponam inquit Sacratissime  
Pontifex, totum vitæ meæ statum, sed  
rogo quæ dicam in publicum non effe-  
ras, antequam ego è publico fuero sub-  
latus & elatus.

Adolesceos cum fratre meo nata ma- *Mundo*  
iore, res & spes omnes mundanas & fal- *valens.*  
laces sponte abiici; cumq; ambo in co-  
nubio triënum egissemus, quietæ soli-  
tudinis desiderio capti, de consilio reli-  
giosi Patris nostri in syluā, haud procul  
Babylone secessimus, specusq; illic re- *Ad specū*  
pertas, non admodū inter se abiunctas se *se confers*  
ingres.



48 CHRISTVS CRUCIFIXVS

ingressis, terra herbarum dapes & glandes in victum suffecit. Festis diebus contulimus vota & mensas, DEVM que largitorē nostrum & altorem toto sensu animo que gratijs persolutis, venerati sumus, rursusque digressi in suum vterque se latibulum recepit, & rerum cœlestium commentationibus, precationibusque vacavit.

*Ambulanti per silvā comes Angelus.*

Quando verò pastus colligendi, vel corporis exercendi gratia per solitudinem ambulandum erat, seorsum vterque exhibat in diuersa, vt alter ab altero semper vnum milliarium distaret. Comes nobis assiduus erat consolabundus DEI minister Angelus, qui nos inceptis firmabat. Hic erat tum studiorum nostrorum in silentio pietatis & religionis cursus.

*Religiosus frater.*

Cum vsu venit, vti die quodam nobis per vasta deserti incedentibus, viderem fratrem meum in saltu oberrantem, & non nisi vnicum à me stadium remotum, ac paullulum procurrens, animaduertentem illum ex inopinato restitantem seseque signo CRUCIS armantem, & locum illum ingenti saltu traicientem, perinde ac si laqueum transiliret, suumque in spelæum reuerrentem. Demiratus ego, cur se frater CRUCIS designasset,

*Signum Crucis ante saltū semunit.*

quid



quid nam metuendum sibi vidisset,  
quid post CRUCEM factam illa celeri fu-  
ga & saltu corporis voluisset, lustrandi  
loci causa progressus, volebam nosse  
quid accidisset fratri.

Veni & inueni ingentem illic aurum *Aurum*  
ceruum, fufis que ad DEVM precibus, *ceruus in*  
exutum pallium auro induo: impleo *usum sa-*  
que adeo vt vix oneri ferendo essem, *erum con-*  
quod clam fratre in meam latebram in- *mersum.*  
tuli. Ab eo deinde in urbem, comparo  
locum religiosorum habitationi acco-  
modatam: molior templum, omni que  
sacro cultu exorno: condo monasterium.  
in eo que religiosos omnino quadra-  
ginta colloco: addo ad agros curandos  
nosocomium: augeo cœnobium, & va-  
letudinarium annuo censu. Præficio re-  
bus omnibus curatorem rerum gnarum  
& industrium: ex reliqua pecunia bis  
mille aureos relinquo dimidium cœno-  
biarchæ; quod supererat in miseros par-  
tior: mihi ad usum nec vnum denario-  
lum retineo: recens conditæ ædis Præ-  
fecto salutem dico, & omnibus pacem  
& imprecatus, ad desertum & silentium  
quietis fratrem, quæ siturus redeo.

Dum autem per sola siluarum pergo, *Tentatio*  
subit animum superba cogitatio, quæ i- *superbia.*  
dentidem in murmurat cordi meo, fra-



50 CHRISTVS CRVCFIXVS

rem meam, hominem antiquum & nimio perè simplicem esse, nescireque litteras, qui vti pecunia non potuerit, & tantæ rei iacturam fecerit: me præclare rem gessisse, & magno consilio opus Deo gratissimum instituisse.

*Angelus  
reprehens-  
dens.*

Accedebam interim paullatim ad exercitationis nostræ palæstras, & cubilia, etiam eminus germani mei antrum spectanti, tumultuosisque superbæ moribus fluctuanti, meque fratri, tanquam sapientiolem & sanctiolem præponenti, occurrit ille familiaris nobis ab exordio cœptæ asceseos Angelus, & me atroci conterritans vultu, quid vanâ, inquit, tumes gloriâ, tibi que de re, tanquam præclare gesta places, plaudisque? Ego tibi veriora veris denuncio.

*Præfertur  
auri con-  
tempor.*

Omnes tuos labores, tantique temporis curas & sudores, omnes Ecclesiarum substructiones, molitiones monasteriorum, & Xenodochiorum exedificationes, auri que in miseros elargitiones, pia cauta que providentia tuo iudicio factas, non esse cum vnico illo fratris tui; **CRVCE SIGNATI** salu quo aggerem cumulum que illum deprehensi auri (memor paupertatis **CRVCFIXI** Domini non habentis v

cap



HONORATVS. SI

capue reclinaret ) transijt conferen-  
das.

Neque enim aurum duntaxat, sed *Saltus*  
immane simul illud chasma quod inter *pauperis*  
Epulonem & Lazarum intercedit, vel *anachore-*  
uti pernibus alis ( ligno CRVCIS in-  
structus ) traiecit, & in sinum Abrahæ  
iam illi desponsam quodammodo tras-  
uolauit. Ille enim studuit se probare  
DEO ( ante oculos habens CHRISTVM,  
paupertatis in CRUCE dedicatorem ) tu  
placere populo. Quare ille te, sine vlla  
dubitatione, melior infinitis partibus  
antistat. Tu contra etsi illo longè infe-  
rior procul ab illius virtute abes, super-  
bè tamen te circumspicis, & illum ger-  
manum CHRISTI, PASSI, agonistam,  
fratrem tuum superciliosè contempnis,  
& vt simplici insultas.

Ergo dum vixeris illius aspectu frue- *Peniten-*  
ris nunquam, & mea quoque familia- *via XL.*  
ritate priuaberis, quoad illam nouem *nonem ann-*  
& quadraginta annos assiduè gemen- *porum.*  
do, plorando, lugendoque recuperaue-  
ris. Quod fecit Stylita ille Edeffenus  
constantia admirabili: qui quod ger-  
manum suum simplicem iudicasset,  
& contempnisset, quem Saltus à CRV-  
CE inchoatus CRUCIFIXO carissimum  
fecerat, quadraginta nouem annos



52 CHRISTVS CRVCFIXVS

in columnâ stetit, vt peccatum expia-  
ret. Absoluta tot annorum in tam du-  
ra pœnitentia periodo, Angelum iterũ  
vidit, tandemque è Columnâ, tanquam  
è CRUCE, vt VEIVS CRVCFIXI AMATOR,  
ad cœlestia regna migravit.

a. Ex Patrico Græcorum MS. propè ad  
verbum reddidit Matthæus Raderus  
par. 3. Viridarij SS. cap. 14. de Stylitis.

X.

AMATOR CRVCFIXI

vt venenosos deserti serpentes, ita monstra  
infernalia abigit solo digito formâ  
Crucis expressâ.

20.

Religiosi,  
Inclusi,  
Reclusi,  
Clausi,

Clausula.

Inclusi-  
viti.

FVIT olim genus hominum Religio-  
forum omni virtutum genere excel-  
lentium, qui dicebantur INCLUSI, vel  
RECLUSI, vel CLAUSI, aut in medijs vi-  
bibus, aut extra vrbes, in turribus, spe-  
læis, casis, conditorijs, sepulcheris, alijs-  
que locis abditis, quæ clausulæ dicebã-  
tur, vel inclusoria, vitam agerent remo-  
tam à turbis, sepulti penè antequam  
mortui, mortui tamen mundo & volu-  
ptatibus, degentes perpetuò in vmbra  
mortis, vt mortem semper haberent  
præsentem, quam discebant nunquam  
metue-



metuere, quia nunquam non illi fami-  
liares.

INTER hos celebris fuit MARCIANVS  
CYRENSIS, qui splendore generis, quod  
illustre illi fuit, & regium, neglecto, ad  
intima deserti properauit, vbi tectum  
condidit tam humile & pressum, vt v-  
nicum illius, nec ipsum totum stantis  
corpus caperet, in quod se tamen, velut  
in caueam, compegit. tunicam indutus,  
quam tristis pilorum horror asperarat.  
modus cibi in diem tres erant vnciae  
panis, cum modico aquae humore ad vi-  
tam tolerandam.

MAR-  
CIANVS  
CYREN-  
SIS.

Progreſſu temporis duos admittit in  
disciplinam sectatores, qui sibi propter  
nummodicas casus poluente. Marcia-  
nus semper clausus cereum ac lumem  
nullum admittit, quod illi sub noctem  
caeleste sidus affulgeret, quo litterarum  
characteres peruidebat. quantum praeter  
Davidis odoria, & Psalmos habere  
nihil.

Discipuli  
eius.

EVIT eam e proxima solitudine in-  
mensis Serpens immineret, qui exitium  
omnibus minitabatur: atque discipuli  
quidem ipsius terriſſi exanimati que su-  
gam spectabant: Marcianus aurem fidu-  
cia in CRUCIFIXVM plenissimus, solo  
digito forma CRUCIS expressa, monstru-

Serpens  
imminens.



54 CHRISTVS CRVCFIXVS

*Signo Cru-  
cis interit.*

Spiritu afflatum, subito, non sequus ac stipulam igne correptam disiecit, ut crepans in multas partes rumpere-  
tur.

*Donis So-  
roris reij-  
ciuntur.*

Quo modo erga domesticos ac co-  
gnatos se habere debeat Mundo CRV-  
CFIXVS ostendit egregie Marcianus.  
Venerat ad illum soror cum parvulo fi-  
lio, apporatis alimentis ascetæ Sancto  
opportunis: sed Marcianus sororem nec  
ad aspectum quidem admisit; ne potu-  
lum salutavit; ex allatis obsonijs nihil  
attigit, sed urgente sorore, ut recipere  
necessaria ad victum apportata:  
Quomodo, inquit, ad nos profecti tot  
cenobia quæ in itinere occurrebant,  
indonata transistis; facessite ergo cum  
vestris donis, propter sanguini propin-  
quitatem oblatis non CHRISTI CRV-  
CFIXI causa allatis.

*Ex Menais Gracor. 2. Nouem. Raderus  
par. 3. Viridar. SS. fufius Theodoretus  
lib. 3. & Eccles. hist. lib. 4.*



## DECAS III.

I.

## AMATOR CRUCIFIXI

*Cruce munit Cor, ut desperationis spiritum pellat, & tempestates animi sedet.*

217

**V**IRGO Germana genere nobilis, indole præclara, DEVM vocantem sequuta, ut per regiam CRUCIS viam ad CRUCIFIXI gloriam perueniret, superæis maternis, paternisque blanditijs, Sponso cælesti se addixerat, domicilio ad vitam religiosam ducendam condito, in quo seorsum ageret. Ibi à Sacrorum Antistite initiata, & flammeo virginali recta Inklusam egit, & aliquamdiu, maxime primis quasi tirocinij diebus pacatè admodum vixit, DEO sibi que vacans.

*Nobilis  
Virgo in-  
clusam  
egit*

Mox recentem ascetiam aggressus Cacoda-  
insidiator hominum turbauit mala-  
ciam interiorem graui tetricaque tri-  
sticia, quæ molesta solet esse ac peri-  
culosa solitariè agentibus. & fuit sa-  
nè huic circumlæ, quæ illius fructi-

C 4

bus



bus adeò fuit pressa, vt penè ad desperationem deueniret. Cogitabat Caco-  
dæmonis afflatu nec cælum esse, nec ar-  
bitrum rerum DEVM, nec Diuos ullos,  
nec etiam se hominem. Iam inuisa infe-  
lici solitudo, iam sibi grauis, iam despe-  
rata constantia, expediri è carcere, at-  
que erumpere claustra sui domicilij cu-  
piebat.

*Pater spi-  
ritualis.*

Cum ecce opportunè adest Medi-  
cus animi Abbas religiosus, cui Virgi-  
nem sacram Episcopus curandam, solā-  
damque commendarat. Iam natum ab  
animo malum in corpus etiam puellæ  
redundarat, intimasque medullas os-  
suum exedebat lurida facies, & fæda  
macies, tristis pallor & dubia mentis  
valetudo miseram inuaserant, & propè  
emaciarant; cum Pater in tempore, et-  
iam serius ferè, quàm tempus exigebat,  
quærit, quid viuatur, qui habeatur?

*Fehemen-  
tia tenta-  
tionis soli-  
tariam  
turbat.*

Malè, inquit illa, quid enim, malum,  
hic clausa gemo? cur hic in ergastulo in-  
noxia inclusa sum? quid agam, quid vi-  
uam, quam obrem adsum, nescio. Per-  
cussus sanè Pater, Dei causa, inquit,  
nata, hic ades, vt exacta hic sanctè vita  
mortalis ad sempiternam vitam, ad cæ-  
lum, inquam, migres. Hic illa rotum,  
quod coxerat animo venenum emouēs:

Quis



Quis, inquit, mortalium nouit, an vllū sit cælum, vel DEVS, vel Cælites? quis inde ad nos redijt? quis vidit? quis vifa nobis declarauit?

Attonitus Abbas & totis artibus contremiscens: Quid, inquit, ais filia? quid loqueris? CRUCE munit cor tuum. Prudenter, cum nullum sit efficacius ad sedandas animi tempestates remediū. Verum cum illa non statim CRUCIFIXVM respiceret, nec ab ea gratiam semper paratam postularet; immo missionem acturum peteret, diceretque, Ex hac molesta cauea me quam primum expedite, exanimat tam tristis & mæsta silentij solitudo.

*Suadetur  
Crucis si-  
gnatura.*

Conatus sanare animum Virginis ægrum ac depositum sollicitus Pater, post multa hinc inde dicta, tandem, septe m, ait, duntaxat hic dies præstolare, donec ad meos redeam, atque inde ad te reuisam. Ægrè impetrauit ab ægrâ septem dierum moram.

*Impeditur  
fuga.*

Regressus ad suos Cænobiarcha, exposuit in cætu, quo loco essent res infelicis Virginis, rogat omnes & verò imperat singulis, vt apud DEVM Patrem, & CHRISTVM DEI Filium pro salute hominum in CRUCEM actum causam Virginis agant, orent, supplicent, nec celsent,

*Indicuntur  
procedunt*



## § CHRISTVS CRVCFIXVS

sent, donec Numen flectant. Ipse profusus ad DEVM lacrymis adiit, vt misereri vellet miseræ puellæ. Nunquam frustra itur ad thronum Misericordiæ; nunquam frustra spes in Salvatore CRVCFIXO ponitur. Virginis mentem mutauit, qui potuit, misericors & miserator Dominus.

*Clausam  
paullatim  
adferedit.* Reuersus Abbas ad Clausam: quomodo, inquit, modò habes filia? Melius, ait illa, ac vnquam alias, optime Pater, tantis per hosce septem dies delibuta sum gaudijs, vt non solum omnem ab animo nubem tristitiæ absterferim, sed onerata, cumulataque lætitijs omnibus, quæ Deo sunt grates laudesque, vix me ipsam cæperim præ copia consolationis. Addit visum consolationis immodicæ scaturiginem.

*Superat  
uentatorè.* Exhilaratus Pater de tam felici statu restituta sibi Virginis nos docuit, quibus in simili tempestate, inter fluctus desperationis vtendum sit remedijs nempe, Signo CRVCIS. CRVCFIXI inuocatione, precibus, per se, perque alios ad misericordiarum Patrem fusis.

*Ex Casario lib. 4. cap. 29. Raderus 3. p. Vi-  
ridarij SS. cap. 5. de Sanctis Clausis.*



## II.

## AMATOR CRUCIFIXE]

*adimpleat ea, quæ defunt Passionum Christi  
in carne sua.*

22.

S. PAULVS  
Apostolus

**I**TA honorauit CHRISTVM CRUCIFI-  
XVM Amator illius sincerissimus Pau-  
lus Apostolus, qui scribens ad Colof-  
senses liberè profitebatur. *a. Adim-  
pleo ea, quæ defunt PASSIONVM CHRI-  
STI, in carne mea.* Sensus clarissimus est:  
Ego patiendo in carne mea, per totum  
orbem discurrendo, euangelizando, in  
seruitutem redigendo, ieiunando, con-  
tumelias perferendo, tormenta quæ-  
cumque patienter sustinendo, adim-  
pleo ea, quæ defunt passionibus, quas  
passus est Christus in carne sua. Quo-  
modo? dicitis.

Ergo ne PASSIO ac Redemptio CHRI-  
STI non fuit plena? fuitne PASSIO Do-  
mini Nostri imminuta, & insufficient?  
defuit-ne aliquid PASSIONI Domi-  
nicæ?

PASSIO CHRISTI in se fuit ple-  
na ac sufficiens, idque in superlati-  
uo: nihil illi defuit quoad valorem Sufficiens?  
& , pretij æquivalentiam, immò, Superabundans?



## 60 CHRISTVS CRVCIFIXVS.

Superabundantiam: Christus PASSIONE sua satisfecit pro totius mundi peccatis abundantissimè: persoluit lytrum, quod mille mundis redimendis fuisset sufficiens: meruit infinites plura, quàm quæ à mortalibus possent expecti.

*Passioni Christi deest aliquid ex parte nostri.*

Nihilominus PASSIONI Domini aliquid defuit, ac deest, non respectu sui, sed intuitu nostri: non in se, sed in nobis: non Capiti sed membris inferioribus. Quid est illud? est communis actio & participatio PASSIONIS, satisfactionis ac meritorum CHRISTI PASSI ac CRVCIFIXI. Nimirum, vt Christus non tantum in se, sed & in membris suis, id est, Christianis, similia patiatur, sicque corpus illius, quod est Ecclesia, perficiatur. Sic enim sanctum fuit ab omni æternitate, decreto DEI Patris immutabili, vt CHRISTVS non tantum in se, sed in suo corpore & membris; hoc est, fidelibus, & Ecclesia pareretur, atque ita participes fierent, & quadam tenus similes CHRISTO PASSO, ac CRVCIFIXO, quicumque illo, tanquam Capite suo gloriantur.

*Participatio Passionis.*

*Pressura Christi.*

In hunc ferè modum mentem Apostoli elucidat S. Augustinus, qui postquam



quam sententiam Apostoli expressisset istis verbis ; *Ut adimpleam qua desunt pressurarum Christi in carne mea.* Querit, quid adimpleam ? quæ desunt ? cui desunt Pressura Christi ? Et ubi desunt ? In carne mea. Numquid aliquid pressurarum deerat in illo Homine, quod factum est Verbum DEI, natum ex MARIA Virgine ? Passus enim est quicquid pati deberet, & videtur, quod omnia. In CRUCE enim positus accepit acetum in ultimo, & ait ; Perfectum est ; & inclinato capite emisit spiritum. Quid est, Perfectum est ? Iam de mensurâ passionum nihil deest ; quia omnia, quæ de me scripta sunt completa sunt. Ergo impleta erant omnes Passiones, sed in Capite. Restabant adhuc CHRISTI Passiones in Corpore : Vos autem estis Corpus Christi & membra. In ijs ergo membris cum esset Apostolus dixit : *Adimpleo qua desunt pressurarum Christi in carne mea.*

In iisdem membris cum sit quilibet *Quomodo* AMATOR CRUCIFIXI, conatur is strenue laborando, peregrinando, assidue *adimpleatur* pressuræ Christi, se defatigando, noctes diesque bene operando, multa patiendo, adimplere in se, quæ desunt Passionum Christi, sicque patiendo particeps fieri, ac



62 CHRISTVS CRVCIFIXVS

similis CHRISTO PASSO ac CRVCIFIXO.  
2. Ad Coloss. 1. 24. *ibid.* S. Ambros. Chrysof.  
Theophylact. Oecumenius, Anselmus.  
b. in Psal. LXXXVI.

III.

AMATOR CRVCIFIXI

Bacchanalibus Christum flagellatum. Cruce  
sembruiulantem, & in ea extensum  
imitari conantur.

§3.  
SODALES  
B.V.M.

SODALIBVS Marianis à multis annis  
solenne fuit, tribus illis diebus, qui-  
bus alij Dionysia agitant, aut alios ludos  
exhibent, publicè in æde sacra, ante  
CRVCIFIXVM vel illum amplexantes &  
exosculantes flagellis in se animaduer-  
tere: quorum piam sæuitiam multi So-  
dalitio non adscripti æmulantur. c.

Gratum  
id est Cru-  
cifero.  
Sodales  
Neapolitani.

Id acceptum esse CRVCIFIXO eius-  
que Sanctissimæ Mariæ exemplo agno-  
uerunt Neapolitani, qui ita ad nos per-  
scripserunt. Cùm Neapoli Sodalis qui-  
dam ex Mechanicorum cœtu, supra  
modum cædendo processisset, & non  
nihil valetudinem oblæsset, ut à victu  
parando diebus aliquot impediretur,  
quàm primum potuit piscatum profe-  
ctus est: Et secum: O Virgo, inquit, iactū  
ad

Anno  
M. D. XC  
VIII.



adiuua; vt res familiaris damnata, Filij  
tui dira Passi, & Matris Dolorosa causa  
acceptura ( ita dixisse aut sensisse haud  
est improbabile ) piscium copiam at-  
traxit, quantum eo loci nunquam coe-  
gerat.

Neque templo se continuerunt A- *Sodales*  
matoes CRUCIFIXI. etiam ad aliorum *Brixien-  
dementiam corrigendam egressi sunt.*  
Consueuerant Brixienfes Sodales, & *Anno*  
quodammodo ex lege factitabant, vt *M. D.*  
vesperi eius diei, quo Bacchici maxi- *LXXX*  
mè per urbem insaniebant, longissimo  
ordine, & cum face plurima ad sa-  
cram ædem, Eucharistiamque ado-  
randam, flagellis instructi, CRUCE præ-  
uia, cum corporis supplicijs procede-  
rent.

Verùm postea etiam in plateas pu- *Anno*  
blicas se contulerunt. Nam cum in- *M. D. XXV.*  
numeripersonati totam urbem percur-  
rerent, insanixque quàm plurimi lita-  
rent, ægrè id scilicet passi sunt PASSIO-  
NIS DOMINICÆ cultores. exi-  
mij Sodales, nugas illas ac ludrica præ-  
æternis haberi, & inter illa, vt sit.  
CRUCIFIXI sanguinem vel blas-  
phemijs impeti, vel contemptum flocci  
feri.

Igitur ad sexaginta nobilium Ado-  
lescen-



## 64. CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Agmen  
Lxxix no  
bilium.*

lescentum agmen cogitur, moxque vi-  
catim per urbem, ritu supplicum ire  
incipiunt: pars flagris tergum eruenta-  
re, pars manibus mortuorum crania  
præportare, pars CHRISTI PATIENTIS  
instrumenta ostendere. Repressit id spe-  
ctaculum multorum licentiam. Et  
euenit, vt sic præcedentibus agmen  
lymphaticum occurreret, hominum  
viginti quinque. Stupere hi nouo con-  
cursu, alia Orgia mirari. quid verbis  
opus est? abijciunt thyrsos, personasque,  
præter vnum, omnes deponunt. Tantum  
valet CHRISTI PASSI, & CRVCIS, in  
qua fixus ipse, representatio indeque  
CRVCIFIXI memoria.

- a. *Robertus Turnerus. Orat. de Ebrietate  
in qua recensentur leges Bacchantium.*  
b. *Imago primi Seculi Societatis IESV lib. 3.  
cap. 9 p 375.*  
c. *Sotolis Parthenius lib. 1. cap. 5.*

### IV.

## AMATORES CRVCIFIXI

*ad abolendam Bacchi memoriam diebus  
Anticineralibus, iucunda DEO, Angelis &  
hominibus ad honorem Passi & Cruci-  
fixi Domini exhibent  
spectacula.*

243

QVTA



**Q**VIA Christus humiliavit semetipsum  
 factus obediens usque ad mortem, mor-  
 tem autem CRVCIS, DEVS exaltauit il-  
 lum, & donauit illi nomen quod est super  
 omne nomen, ut in nomine IESV omne ge-  
 nus flectatur, caelestium, terrestrium, & in-  
 fernorum a. Magnus hic est honor  
 CRUCIFIXI, quem Pater aeternus illi  
 decreuit. Hunc frequenter renouate  
 conatur feruens Amator non solum fre-  
 quentissime per diem & noctem flecten-  
 do genua ante CRUCIFIXVM, sed spe-  
 ctaculo etiam exorlando, illiusque  
 memoriam suscitando, maxime eo  
 tempore, quo in CRUCEM & CRUCI-  
 FIXVM vibrantur saepe contumeliarum  
 aut blasphemiarum iacula, ut contin-  
 gere solet tribus ante sacram Quadra-  
 gesimam proximis diebus.

CRUCI-  
 FIXO fle-  
 stuntur  
 genua.

DIGNA memoratu in hoc genere  
 fuit pietas Sodalium Romanorum,  
 quando SOCIETAS IESV omni artificio  
 egit, ut aboleretur profana Bacchantiu  
 consuetudo, & populus a foro & com-  
 pitis traduceretur ad templum. b. In eo  
 Romae splendidissime exornato cura-  
 runt molem adusque templi laqueare  
 educi. Sacra nomina IESV & MARIA Moles ho-  
 in aere suspensa micabat stellis aemula: noraria in  
 tum in orbem legebantur verba haec, templo So-  
 CRUCI-  
 CIOS IESV.

Sodales  
 Romani.

Moles ho-  
 noraria in  
 templo So-  
 CRUCI-  
 CIOS IESV.



66 CHRISTVS CRVCIFIXVS

CRVCIFIXI honorem apud creaturas  
supremum indicantia: IN NOMINE  
IESV OMNE GENV FLECTAN-  
TVR. Nihil autem horum colere vllor  
nec argento, nec auro conscriptum  
erat, sed lampadum lumine in littera-  
rum seriem disposito.

*Cereorum* Præter hæc, cereorum lampadumque  
*ordo.* radijs omnia illustrabantur, vt inter  
sidera se recipi spectatores opina-

*Musica.* rentur. Accedebant melleæ voces, &  
delicatissimæ flexiones musicorum,  
quæ animos penitus è terris abripere,  
cæloque inferere, CRVCIFIXO euehente  
poterant.

*Machina* Magnificentius quid moliti fuere  
*visenda.* iidem, ad eundem finem Anno M. DC.

LX. C. quando nouem florenorum milli-  
bus in extemporaneam triidui Antecine-  
ralium solènitatem collatis, machinam  
erexere in Societatis Basilica augustis-  
sima, quæ à IESV nomen habet, ad for-  
nicem protensam, honori illius, qui in  
Hostiâ Sacrà, CRVCIFIXVM repræsen-  
tante superficietenus in speciebus, inte-  
rius continente quo ad corpus, animâ,  
& Diuinitatem, voluit esse viam PAS-  
SIONIS repræsentationem, & inde nun-  
quam interituram memoriam.

*Eucharis-  
tia Passio-  
nis memo-  
ria.*

Stabat hæc moles alta centum viginti



si palmos, lata octoginta, pulcherrimis  
 statuis, imaginibus, historijs, emblemata-  
 tibus ad stuporem exornata. Quis CRV-  
 CEM aut CRVCIFIXVM, quo omnia  
 istiusmodi consummantur, defuisse ex-  
 istimerit apice? Hæc autem cum supra  
 quattuor millia flammarum ac luminū  
 illustrarent, nulla tamen flamma in  
 oculos spectantium incurrebat.

*In culmine  
 ne Crucis  
 fixi effi-  
 gies.*

FORTASSE Romanorum exemplo  
 incitari Manilani in Philippinis Insu-  
 lis, Bacchanalium hilaritatem in ima-  
 gine CHRISTI Domini exposita tem-  
 perarunt, sed nō sine pompa oculos au-  
 tesque alliciente. Ornatum enim tem-  
 plū eo apparatu, qui multorum nulliū  
 aureorum summā excessit. In ara maxi-  
 ma surgebant columnæ miro artificio,  
 quæ cū medios haberent arcus ubi Ta-  
 telariū Divorum clauderentur icones,  
 visu iucundū opus reddebant: tres erāt  
 columnarū ordines, in quorū summo,  
 quæ erat operis consummatio CHRISTI  
 Domini imago cū Vexillo suo patebat.

*Anno  
 M. DC.*

*VIII.*

*Christiano  
 Manilano*

At in media ara surgebat etiam ex  
 aurato opere curiosè fabricatum opus,  
 varijs Sanctorum, Angelorumq; sigil-  
 lis exornatum, in cuius summo sacra  
 pyxis auro, argēto lapidibusq; preciosis  
 eminebat, cuius haud dubiè fastigium

*Pyxis Ex-  
 charistica.*



68 CHRISTVS CRVCFIXVS

CRVCE, & CRVCFIXO erat exornatum. Quando enim & vbi sine his cernitur Pyxis Eucharistica?

Non refero similia alibi per orbem vilitata ad Bacchi ignominiam, & CRVCFIXI gloriam, quam eius Amatores, triduo, olim diætorum Bacchanalium, nunc supplicationum Antecinerualium, omni quo possunt artificio dilatare conantur.

a. Ad Philippens. 2. 8. b. Sodalitas Partheniense lib. 1. cap. 5. c. Imago primi Seculi Societatis lib. 3. cap. 9. p. 376. d. Sodalitas Partheniense lib. 1. cap. 5. Vbi istiusmodi plura, vitio, Bacchanalibus egregia Pietatis opera exercebant Sodalites: cuius rei spore flagrant, ut DEVS sibi acceptum esse ostendat.

V.

AMATOR CRVCFIXI

tanquam bonus mercenarius abnegat semetipsum. Et dicit Coloni iudicium suo proferat, Cruceque impositam volens labens portans.

25.

THEODORVS  
ANACHORETICVS

**B.** THEODORVS vnus ex antiquis Eremi Patribus è S. Pachomij officina & disciplina progressus, olim à Pachomio (nescio ob quam offensam) punitus & censura notatus.

are



à reliquorum cætu remotus fuit. Priusquam verò ab eo recederet, dixit: Pater, habeo quod transigam in Monchonse, mitte me quamprimum reuersurum.

Missus absque comite, per viam in *Lacrymas* lacrymas effusus? Domine Deus, in-*itur.* quiebat, est ne locus veniæ? possum ne redire tecum in gratiam? adhuc ne est spes salutis? Et cum ad Chenobosceum, locum, pascua anserum dictum, peruenisset, conscendit illicò nauigium, in *Nauigat.* quo Seniores quosdam offendit. Ex quibus vnus quidam apud alium incepit beatum prædicare Theodorum, sed alter, quid miserum beatum celebras? cum nondum ad gradum marginis *b.* peruenerit. Duxit ergo ei simile dicendi initium.

Colonus quidam erat durus, acerbus, & molestus, cum quo nemo poterat operarum anno perseverare. Incitatus quidam ad illum profectus est, & *Parabola de Colono duro, & immiti.* suam illi operam obtulit. Benè habet, inquit Agricola; Cum dies esset, quo irrigandus erat ager, hauriamus, inquit, *Dura im- perio.* aquam inter noctu, non interdium ad irrigandum agrum. Sapienter, respondebat mercenarius ad Colonom, vti nemo *I.* exhausta à nobis aqua nec hominum *ACC*



nec pecudum, nec aliorum quisquam bibit.

II.

Rursum, quando arandum erat: se-  
mentem, aiebat Colonus, ita faciemus;  
sulcum hunc frumento conferemus, al-  
terum hordeo, tertium legumine, ac ita  
deinceps reliquos agri versus. Et famu-  
lus: hæc maior est, respondebat priori  
sapientia, vni semen nostrum & a varie-  
tate, quasi aceruus efflorescat: immò, &  
fænum quoque absque semine. Tum

III.

Colonus iterum, age metamus, & de-  
messâ est seges, quæ adhuc erat imma-  
tura, & viridis: magnum aiebat seruus,  
hoc lucrum est palea: floret enim pul-  
chrè & vires. Iterum herus: ad fer mar-  
gonium, & dimensum transferemus.

IV.

Hoc prouidentissimè, subsumebat fa-  
mulus; sic enim & palea seruatur, & si-  
mul quantus sit numerus frumenti co-  
gnoscitur.

*Obseques  
famulus.*

Posteaquam ergo illum in omnibus  
probatum & obsequentem & felicitatis in-  
genij agnouisset, tu aiebat Colonus, de  
cetero nequaquam eris e numero mer-  
cenariorum, sed filius & hæres. Qua-  
propter & hic Monachus (inferebat Se-  
nex) poterit esse beatus, si margorium,  
seu mensuram (obedientiæ) impleuerit.  
Tum alter ex senioribus: *similicu-  
dinem*



diem absoluisti; expone comparationem.

Colonus, inquit, Deus est: durus autem, quia suis seruis CRUCEM ferendam imponit, & iudicium, seu voluntatem animi cuiusque resecundit, qui illi se deuouit (Nomen eius est decretum: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat CRUCEM suam, & sequatur me Matthæi xxvi. Lucæ ix.) Pachomius ergo huius religiosus Pater Deo adnumerum in omnibus obsequutus illi uique quaque gratus acceptusque est. Quod si hic quoque ad Pachomij imitationem uirtutem & exemplum (patientiam exercuerit) Dominum sustinuerit, (CRUCEM portauerit, se uoluntatem que suam abnegauerit) erit & ipse regni celestis hæres. Hæc cum audiret Theodorus, stupebat tam dicta, quam dictorum Auctores illos: & ingressus nauem, subductos à conspectu omnes animaduertit: fuerunt enim Cælites à Deo missi ad Theodori emendationem, & Pachomij consolationem.

a. Hac desumpta sunt ex Patrio Græcorum MS. interprete Matthæo Radero, capite de Obedientia, part. 3. Viridarij SS. cap. 6. num. 12. b. Margonium est genus mensura arida.

Applicatio parabola.

DEVS

Colonus durus.

Religiosus obediens.

AMA



## VI.

## AMATOR CRVCIFIXE

*paterfamilias mandans quotidie dari pau-  
peribus quinque nummos (ad memoriam  
& honorem quinque vulnerum  
Christi) ditatur.*

26.

S. IOAN-  
NES ELE-  
BMOZY-  
NARIVS.

*Benigni-  
tatis origo  
qua?*

*Perplexa  
quaestio.*

*Pauperum  
benefactor  
à DEO nō  
deseritur.*

S. IOANNES hierarcha Alexandrinus, cognomento Eleemon, seu Eleemosynarius, cum didicisset quempiam liberalem esse in miseros, accersitum gratulabundus percunctabatur, qua ratione ad affectum & misericordiam in pauperes peruenisset? natura-ne & ingenio ad benignitatem prouo, an coactus & vi aliqua sibi facta?

Hac quaestione aliqui perculsi, praereuerentia reticebant, quae rogabantur, alij, quod res erat, fatebantur. Quidam ex his rogatus, in haec verba respondit: Ego Domine, bona fide nihil do, nihil boni facio. Quin hoc ipsum quod facio, & miseris porrigo, DEVS & pietas tua mihi largiuntur: ita consueui.

Eram primum durus & ferreus in pauperes. Accidit vti die quodam confusus & ad magnas redactus angustias, ita mecum ratiocinaret; *na tu si fueris beni-*



benignus in egentes a Deo nunquam  
desereris. Deceui igitur deinceps quo-  
tidie in mendicos *b. folles*, siue numu-  
los quinque tribuere (intuitu, ut reor,  
QVINOVE CHRISTI VVLNERVM, atque  
ad illorum honorē, ut apud pios Chri-  
stianos fieri amat) cum autem largiri il-  
los capissem, malus Genius me retar-  
dauit suggerens: hi folles quinque ser-  
uiunt in usum familiæ, ad olera emēda,  
aut balneum; proinde ex templo velut  
è faucibus natorum subtraxi illos men-  
dicis, nec quiequam dedi præterea.

*Tentatio  
à Damone.*

Posteaquam autem animaduerti me  
affectu auaritiæ superatum, præcepi fa-  
mulo: Tu quotidie subleges clam me,  
de pecunia mea numos Quinque, quos  
pauperibus erogabis: erat quippe tra-  
pezita, seu collybista. Seruus meum  
exequutus imperium, non semel qui-  
nos, sed bis quinos quotidie folles,  
quandoque etiam ceratia siue siliquas  
miseris porrexit. Atque cum ex ea re au-  
geri nobis rem familiarem vidisset, cæ-  
pit & trimisia largiri.

*Affectus  
auaritiæ.*

Miratus ego nostras ex diuina ope  
copias, profectò, inquiebam, fili, quin  
que folles numulivè magna nobis pe-  
peterunt commoda: possis iam dare his  
quinos, Tum mihi famulus subidens:

*Augentur  
fortuna ex  
elemosy-  
na.*

D perge



74 CHRISTVS CRVCIFIXVS

perge benè precari furtis meis, nam hodie non erat nobis, quo frueremur, panis. Enimuerò si fur quispiam Sanctus & iustus est, nã ille ego sum. Tunc testatus est, se non folles & numulos, sed siliquas, & trimisia erogasse. Tum Patriarcha mirificè recreatus, crede mihi, inquit, multa legi Sanctorum Patrum exempla, sed nihil vnquam huiusmodi cognoui. Nimirum, ita QVINQVE VVLNERVM sacratissimorum memoria accultum compensat in Amatores suos prodigus CRVCIFIXVS.

- a. *Ex Vitis Patrum, Cap. de eleemosynâ factâ ex alienis bonis. Eadẽ ex Patrico Græcorum Latinè verbis Mattheus Raderus in Viridario Sanctor. part. 3. cap. 6. n. 21.*
- b. folles apud Epiphanium sunt numi minuti, aut minimi; siliquæ maiores: trimisia maiora siliquis.

VII.

AMATORES CRVCIFIXI  
rogantem, ut sibi præstetur beneficium spiritualitatis corporea, mittit ad Crucem, quippe officinam iatricam, & ad Crucifixum, ut ad Alexiacum.

27.

Antistes  
Suarus,

S. EPIPHANIVS Cypri Antistes, cum intellexisset quàm studiosus esse



pecuniæ Pontifex Ierosolymitanus Ioannes, magnamque vim arcis stuperet, & nihil miseris largiretur, & quod haberet præterea ex argento & auro suppellectilem copiosam, profectus est Ierosolymam ad veneranda CHRISTI CRUCIFIXI vestigia. Epiphanium *Astutia* Ioannes ingenti gaudio complexus est, *S. Epiphanius* quem Epiphanius, uti filium alloquutus, res in quibus diuersaretur, petunt, quas splendidissimas adsignauit Ioannes, & quotidie Epiphanium ad mensam exhibuit, cum interea inopes nihil opis ab eo acciperent.

Quapropter Epiphanius, rogauit sibi *Petit mutuum* dari mutuum argentum, suppellectilem quoque preciosam, id fore dictitans illi perhonorificum, se verò suo tempore redditurum. Fecit id Ioannes non illibenter.

Accepto autem Epiphanius omni *Accipit.* argento, quod libras pendebat millequingentas (hoc est, quindecim millia Philippæorum) pactus cum argentario, argenteum illi instrumentum omne vendidit, & in pecuniam redegit, quam Epiphanius totam diu noctuque certatim in egentes *In egentes distribuit.* distribuit. Post aliquot dies Ioannes Epiphanium poposcit argentum



ac preciosam, quam mutuo dederat suppellectilem. Et Epiphanius: Iustine patienter moram, & expecta, fuit, est mihi adhuc vsus illa ad plures alendos.

*Repetitur.*

Post aliquot rursus dies, cum Epiphanius cum suis staret ad eum locum, ubi salutaris CRUX CHRISTI seruetur, Ioannes, incitator, redde, dicebat, argentum, quod dedi tibi: cui Epiphanius placidissimè: reddam tibi, Pater, omnia.

*S. Epiphanius contumelijs appetitur.*

Tum Ioannes ardens iracundiã prensam diuolde Epiphanium constringensque, aiebat: non exhibis hinc sycophanta, quoad reponas mihi argentum meum: redde argentum, quod dedi tibi: redde Ecclesie, quod est Ecclesie.

*Auarus excacatur.*

Sed Epiphanius nihil hae contumelia perturbatus in eodem statu mentis perseverabat. Duas ipsas horas Ioannes Epiphanium retinens conuictijs lacerebat, ut omnes qui aderant, è diuturna standi molestia, & audiendis Ioannis conuictijs fatigarentur. Epiphanius autem nequaquam illius maledicta abiectus, inspuit in faciem Ioannis, & momento occæcatus est, omnesque presentes ingens pavor occupauit.

*Tum*



Tum deinde Ioannes prostratus  
 humi supplex abiecit se ad pedes Epi-  
 phanij, vt illius patrocinio videndi fa-  
 cultatem recuperaret. Sed Epiphanius,  
 sincerus CRVCIFIXI Amator, cui lau-  
 dem gloriamque omnem, non sibi vo-  
 lebat deferri & adscribi, dixit Ioan-  
 ni: abi & venerare SANCTAM CRV-  
 CEM, & præstabit tibi quod petis. Sed  
 Ioannes à vestigijs Epiphaniij non po-  
 tuit dimoueri, infimis precibus Epi-  
 phanium exorare conatus. Tum Epi-  
 phanius, datis de cõtempnenda pecuniã  
 & iuuandis pauperibus, præceptis, in  
 virtute CRVCIFIXI imposuit manum  
 Ioanni (videlicet, CRVCIS signans partes  
 malè affectas) & oculo dextro recluso  
 consueta lux redijt.

*Orat ve-  
niam.*

*Mittitur  
ad Crucem.*

Deinde Ioannes & pro sinistro de-  
 precatur, quod petijt, non impetrauit.  
 Nam Epiphanius, hoc, inquit, fili, abs-  
 que me est: DEVS clausit tibi lumina,  
 DEVS aperuit, vti visum illi, ita fecit:  
 vti modestiam disceremus. Sic Ioannes  
 emendatus & castigatus à iusto Epipha-  
 nio, deinceps, vt decuit Sanctum, San-  
 ctè se in omnibus gessit.

*Emenda-  
tur.*

*Ex Viris Patrum & Patrico, cap. de Eleo-  
 mosyna facta ex alienis bonis. Raderus 3.  
 par. Viridarij cap 6 num. 21.*

D 3

VIII. A.



## VIII.

## AMATOR CRVCIFIXI

*cauet diligenter, ut non obturet aures ad  
vocem Crucifixi vocantis, inuitantis, ter-  
rentis, hortantis, ne vicissim Cruci-  
fixus aures ad illius preces ob-  
turet.*

28.

Lex Ta-  
lionis.Rusticus  
ofor concio-  
nis de Pas-  
sione.

**N**AM lege talionis agit nonnun-  
quam mitissimus Dominus, post  
patientiam saepius irritatam, & in fu-  
rorem versam. *Domine ne ne furore tuo  
arguas me.* Quod contigit illi Rustico,  
de quo fertur, quod nunquam adduci  
potuerit, ut diebus illis, quibus Chri-  
stiano ritu, in Ecclesijs de Deo eiusque  
Filio, de Christi Domini vitâ ac Passio-  
ne, deque CRUCE ac morte acerbissi-  
ma ex Euangelijs differitur, concio-  
nantem audiret; id est, Christi Passi &  
CRVCIFIXI per Concionatorem voces  
perciperet. Itaque tandē morbo lethali  
correptus inijt communem mortalibus  
viam.

CRUCI-  
FIXVS  
obscurat  
aures.

Post obitum, delato ad templum ca-  
dauere, dum Sacerdos & alij Clerici of-  
ficium funerale legendo & cantando  
peragunt, visa est imago CRVCIFIXI,  
manibus è ligno à CRUCE retractis



utramque aurem occludere, ad eum modum, quo de ludæis audire nolentibus S. Stephanum in Synagoga disputantem dicitur in Actibus Apostolicis: *Continuerunt aures suas.* b.

Interim attonitis ad tam insolens spectaculum circumstantibus, fit murmur, inquisitio, eiulatus. Tandem Sacerdos, indicto omnibus silentio, tanquam Deo afflatus hæc magno sensu grauiter enunciat: *Vos scitis, quod iste nunquam voluit audire Verbum DEI, & ideo est nunc in manu Diaboli: propter quod DEVS (vt in CRUCIFIXI illo signo videtis) obturauit aures suas, ne audiat preces, quas pro eo fundimus.*

Quæ vt audiuerunt quia funus defuncti ad templum duxerant, statim extra sacram ædem elatum corpus communi cum bestijs sepultura tumularunt.

Caueant inimici CRUCIFIXI, & frequenter perpendant, quod est Prouerbiorum 1. c. *Quia vocaui & renuistis (impoluitis auribus digitos) despexistis omne consilium meum, & increpationes meas nelexistis, Ego quoque in interitu vestro videbo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus,*

DEVS  
quosdam  
non exaud-  
it.

Sepelitur  
in sterquilino  
lino.

DEVS nō  
est irritus.  
dus.



80 CHRISTVS CRUCIFIXVS

quasi tempestas ingruent : quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me & non exaudiam ( utramque etiam auriculam digitis obstruam. ) Mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & iram Domini non susceperint.

2. Iacob. de Vitriaco Sermone 190. Raulinus. Speculum exempl. dist. 9. LX. CCXI. b. Actus vi. 57. c. Prou. 1. a ver. 24. usq. ad 30.

IX.

AMATOR CRUCIFIXI

Passionem Domini frequenter meditando ingreditur, tanquam Scholam Patientia.

29.

PASSIO  
Gymnasia  
Patientia.

TALIS quamuis fuerit tota CHRISTI vita : nam vt verè & eleganter dixit S. Cyprianus. Omnes actus Christi ab ipso statim aduentu Patientia comite signatur : tamen in fine potissimum hoc Gymnasium aperuit ; vt rectè PASSIONI ritulus dari possit, & adfigi CRUCI, quæ ad limen erecta sit : SCHOLA PATIENTIA. Ingredere : docentem audi, non tam verbo, quam opere : omnis lectio à Patientia incipit, & desinit in Patientia : omnis repetitio, disputatio, exercitatio est.



est de Patientia. Attende diligenter.

Baptizari voluit Homo-Deus a ser- *Docimē-*  
 uo. Idem mox diebus quadraginta ie- *ta Patien-*  
 iunauit, esuriit, cum Diabolo tentante *tia.*  
 congressus est: Discipulis, non ut ser-  
 uis præfuit; sed eos, ut collegas, & con-  
 tubernales tractauit: Iudam potuit lon-  
 gâ PATIENTIA sustinere.

Extipe & perpende tolerantiam Iu- *Tolerantia.*  
 daicæ incredulitatis & rebellionis, pro-  
 bra, ludibria, sputamina, flagella, spinas, *Longan-*  
 palmas, nuditatem, fel, inter facinoro- *mitas.*  
 sos deputationem, falsa testimonia,  
 impium iudicium, silentium iudicatis,  
 qui nec loquebatur, nec mouebatur, nec  
 Maiestatem suam sub ipsa saltem PAS-  
 SIONE profitebatur, ut consummaretur  
 in ipso PLENA ac PERFECTA PATIEN-  
 TIA.

Et post hæc omnia, interfectores et- *Erga Iu-*  
 iam suos suscipit. Quid potuit patien- *daos persē-*  
 tius, quid benignius fieri? Viuifi- *cutores,*  
 catur CHRISTI Sanguine etiam qui fu- *interfecto-*  
 dit Sanguinem. Talis fuit Saluatoris *res.*  
 Nostri & tanta PATIENTIA, quæ disci-  
 tur in SCHOLA CRUCIS, seu PASSIO-  
 NIS.

In quâ b traditur, & adducitur ut pe- *SCHOLA*  
 em ad victimam ille, cui legiones Angelo *CRUCIS.*  
 rum, se voluisset, uno dicto de celo ad-

D' g' suis.



fuisse, ne vnus quidem discens gladium  
in ultionem probauit PATIENTIA Do-  
mini initio statim PASSIONIS in Mal-  
cho VVNERATA est.

*Patientia  
Christi  
vulnera-  
rata.*

Ingeniosum effatum Tertulliani, cui  
hic inuoluitur sensus. Tanta fuit Domi-  
ni Patientia, vt dum Malchus, homo  
nequam & sceleratus, Iudæ proditoris  
comes, inimicus Christi capitalis, satel-  
litū irruentium ad comprehendū auda-  
cissimus lederetur, illa vulnerata fuerit.

*Schola  
Crucis  
Discipuli.*

IN hac Schola, CRUCIFIXI discipuli  
primi didicerant, postquam cæsi  
essent, ire gaudentes à conspectu Conci-  
lij, quoniam digni habiti erant pro nomine  
IESV contumeliam PATI. c. Eiusdem  
Scholæ prælectionibus eruditi, gloria-  
bantur in tribulationibus, scientes, quod  
tribulatio PATIENTIAM operatur, PA-  
TIENTIA autem probationem. d. Quid  
est supremus gradus Patientiæ.

*Martyres.*

Hos sequuti sunt in eadem Schola  
Magisterij lauream meriti Martyres,  
imitatores æquè ac amatores Magistri  
sui CRUCIFIXI, quorum alij gaudentes  
ludibria & verbera experti sunt, in super  
& vincula & carceres: alij lapidati sunt,  
tentati sunt, secti sunt, in occisione gladij  
mortui sunt: alij circuiierunt in melotis, in  
pellibus caprinis, egentes, angustiati, affli-



# HONORATVS.

83

*Et, in solitudinibus errantes, in montibus,  
& speluncis, & cauernis terra. e. Hanc  
Scholam frequenta. si sapis, & breuē  
tibi erit virtus perferendorum & inui-  
cta, quæ tibi maximè necessaria est,  
PATIENTIA.*

a. *Cyprian lib. de bono Patientia. Similitudinem  
habet Augustin. lib. de Patientia. b. Ter-  
tullian. L. de Patientia. c. Actuum v. 4r.  
d. Ad Rom. v. e. Ad Hebra. 11.*

---

## X.

### AMATOR CRUCIFIXI

*Passionem Dominicam frequenter medi-  
tando ingreditur, tanquam coenaculum,  
in quo vnus substantia, quamuis  
diuersa paratura sunt eduli-  
lia omnia.*

**V**T Passio Domini est Schola & Pa-  
læstra Patientiæ, ita scitè dixeris, illā  
esse Patientiæ Triclinium, immò, Culi-  
nam. Quicquid enim in illa coqui-  
quitur vel apparatus, quicquid apponi-  
tur, quicquid manducatur, à Patientia  
apparatur, conditur, infertur: & quod  
magis mirum, ex vna Patientia, tan-  
quam materia omnium eduliorum pa-  
rantur missus, quamuis diuersissimi.

PASSIO  
Tricliniū  
Patientiæ  
Culina

Missus  
Patientiæ



### 34 CHRISTVS CRUCIF XVS

Quid aliud gustauit CHRISTVS PATIENTIAE, tanquam conuiuij ultimò à se instituti, aut potius à Synagoga nouerca apparati tempore, quàm cibos Patientiae? Primus missus fuit ex patientiâ; sequens, licet paullo aliter conditus, ex patientiâ, tertius ex patientiâ; mensæ secundæ non aliud habuerunt, quam bellaria ex patientia: ex hac confectæ sunt saccaræ tortulæ, baccæ dulciariæ, placentulæ mellitæ, & istiusmodi alia tragemata.

*Mensa secunda.*

*Patientia  
Sagina  
Christi.*

Nimirum, vt eleganter & acurè dixit Tertullianus, *a. Dominus IESVS saginari voluptate Patientia discessurus volebat.* Hæc illi fuit sagina, qua pinguescere desiderabat, antequam ad Patrem se conferret: hæc illi fuit pulpa, quam appetebat, priusquam finem conuiuandicum mortalibus imponeret: hoc illi fuit pabulum delicatissimum, quo perfrui antequam moreretur, & plenissimè perfrui exoptabat.

*Condimentorum effusio.*

Mirabatur olim nescio quis, *b. cum exceptus esset lauzissimè à suo conuiuatore.* vnde illi tempore solstitiali tam multa & varia venatio, per cotlances, patinasque sparsa. Responsum illi fuit, condimentis varietatem illam & speciè ferinæ carnis ex manuere sue



sue factam. Tanta vis est condimento-  
rum. Facit ex vno plura, ex simili dissi-  
milia, ex amaris suauia, ex acerbis dul-  
cia:

CHRISTO Patienti apponebantur, *Conditura*  
fel, acetum, myrrha, sputum, clauis, lan- *Patientia.*  
cea, spinæ, thamni, paliuri. Quæ ex ijs  
conficiuntur obsonia? adhibeatur con-  
ditura Patientiæ, fiet sagina, in tot mis-  
sus distribuenda, quot cæna ad ipalis  
nulla, aut Pontificalis desideret. Hanc  
artem docuit Dominus IESVS, qui *sagi-*  
*nari voluptate Patientia* discessurus vo-  
luit.

a. *Libel. de Patientia.* b. *apud Liuium*  
*lib. xxxv. T. Quinctius Flaminius de cœ-*  
*nâ hospitiis sui Calcidensis.*

---



---

DECAS IV.

---



---

L.

AMATOR CRUCIFIXI

*malum immedicabile Crucis benedictione*  
*sanat.*

SUNT morbi quidam, qui nullis ab *Morbi in-*  
humana arte adhibitis medicamen- *curabiles.*  
tis sanari possunt: contumacius est in ijs  
malum, quàm ut vlli bono cedat: cedit

D 7

tamen



86 CHRISTVS CRVCIFIXVS

ramen quamuis pertinacissimum sit, ad  
conspectum CRVCIS: cuius mira vis est  
in persanandis morbis immedicabili-  
bus. Quod inductione in generibus sin-  
gulorum ostendi posset. Vno conten-  
tus ero, quod proprio epitheto tale di-  
citur.

*Ouid. 2* *Vtq; malum latè solet immedicabile Cancer*  
*Metam.* *serpere. — aiebat ille.*

*Cancer.* Si vllum est illius denominationis, cer-  
tè est *Cancer*, quem domat, vel pellit,  
aut interficit citissimè ac velocissimè  
CRUCE, illius Amator, & Honorator  
CRVCIFIXI.

*S. DOMI-* *Exemplo id docuit, qui & CRVC*  
*NICVS.* *adhæsit semper arctissimè, & CRVCIFI-*  
*xvm celuit constantissimè S. DOMINI-*  
*CVS, qui degeens Romæ, mulierem quã-*  
*dam afflictam, morbidam arctè reclu-*  
*sam, illustrem Dei famulam, quæque*  
*ad portam S. Ioannis in Laterano in tur-*  
*ri solitaria agebat, identidem visitabat:*  
*quin & Confessionis & Venerabilis Eu-*  
*charistiæ Sacramenta ei non rarò mini-*  
*strabat.*

*BONA*  
*monialis.*

Mulieri nomen erat BONA. Cui no-  
menelaturæ ita ipsa vitæ suæ modo re-  
spondebat, vt eam ceu bonam, DEVS  
bonus in laboribus & vitæ ærumnis  
lætari, in morte verò solum quietem  
inue-



inuenire vellet. Putidum hæc in mam-  
millis vlcus habebat, utpote quas  
dudum edax Cancer depalceret, ac ver-  
mes fatidissimi incolerent. Quem *Cancro*  
cruciatum cum alius quislibet, quia *vexata,*  
enormis erat, ferre non potuisset, ipsa  
nihilominus incredibili patientia ac si-  
lento ferebat, Deo que assiduâ gratia-  
rum actione benedicebat.

S. Dominicus quod eam ita mor- *Ocellus*  
bis vexatam, & in virtute tam so- *malum*  
lidè fundatam cerneret magnoperè er-  
ga ipsam afficiebatur. Quadam ergo  
die postquam illam sacramentis vitali-  
bus refecisset, horrendum, & purulen-  
tum illud vberum vlcus sibi petijt o-  
stendi. Quod etsi Bona initio detrecta-  
ret, Sancti Viri tamen postulatis tandem  
morem gessit.

Vt ergo resectis mammillis, Domi- *S. Domi-*  
nicus putidam purulentiam, aposte- *nici ergo*  
ma, cancerum, & vermes ex ijs scaturien- *Bonam*  
tes conspexit, simul eius patientiam, & *affectus*  
animæ quietatem; eiusdem quidem  
commiseratione motus est, has tamen  
plagas & apostema omnibus terræ the-  
sauris & gemmis prætulit, vnumque  
sibi de vermibus illis proserpentibus,  
quasi pretiosas aliquas reliquias dari  
petijt.



## 88. CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Bona ve-  
recundia.*

*Vermis in  
gemma  
vertitur.*

*Vermis ex  
gemma ad  
Bonam  
redit.*

*Crucis vis  
ad Can-  
cerum sa-  
uandum.*

Non tamen Bona eum dare voluit, antequam ei Dominicus se reddituram promitteret. Quia iam tum tantopere se etiamnum viuam rodi accomedi gaudebat, vt si quis vermium illorum in terram diffunderet, eum ipsa suum in locum reinsereret. Quare fide prius accepta, vnum satis grandem & longum, ac caput nigrum praeferentem Dominico dedit. Vix dum eum Dominicus in manus acceperat, & ecce in gemmam preciosissimam conuertitur. Quo viso, perculsi adstantes Fratres. Patrem suum rogant, ne Bonae lumbricum reddat. Ipsa vero eum ex compromisso instanter postulans, suam sibi petijt restitui gemmam. quod factum.

Sed dum illa Bonae reddunt, in priorum vermibus formam rediens, ab ipsa mammillis, in quibus enatus, & alitus erat inseritur. Dominicus vero Dominum pro illa deprecans, eique CRUCE facta benedicens inde decessit. Sed cum et turris gradibus descenderet, putida mulieris vbera vna cum vermibus omnibus exciderunt, & paulatim noua succrescente carne, paucis post diebus sanitati est restituta. Tanta vis est CRUCIS viuifica contra Cancrum morbosque omnes immedicabiles, quam exper-  
peta



pertra Bona non cessauit enarrare quæ  
per seruum suum Dominicum, solo  
CRVCIS signo adhibito, Dominus  
CRVCIFIXVS mirabilia operabatur. I-  
psi laus, honor & gloria in secula sem-  
piterna.

Ex Chronico FF. Prædicatorum 1. p. lib. 1.  
cap. 49. Scriptoris Ferdinando Castilio.

## II.

## AMATOR CRVCIFIXI

concepit Dilectum suum clavis ignitis, &  
flammas ei aculantibus Cruci ad-  
fixum.

PROFECTO, clauos quibus CRVCIA ad-  
fixus fuit CHRISTVS, optimè con-  
ceperis, dixeris que quisquis tenerè di-  
ligis Christum, fuisse ignitos: vinitum,  
tenaci, firmo, ac inflammato illum a-  
more, Quod est Ecclesiastæ XII. II. a.  
*Verba Sapientum sunt stimuli, & quasi*  
*Clavi in altum defixi.* Hebræi legunt:  
*quasi Clavi plantati.* Græci aliqui Codi-  
ces habent *κλεινοί πυροί*, igniti, quo-  
modo etiam legit Olympiodorus, &  
rationem addit: quia Clavi igniti atque  
candentes facilius aliusque ligno infi-  
guntur. Sanè nisi CRVCIFIXI IESV clavi  
fuisse

320  
Clavi  
Crucifixi  
igniti



90 CHRISTVS CRVCIFIXVS

fuiſſent amore Igniti, neque tam facile Omnipotentis manus penetrarſſent, neque tam altè Cruci infixi fuiſſent, & facillimè tot irritantium, inuitantium, blaſphemantium malleis, retroſum aſti fuiſſent. & excidiſſent.

*Igniuntur  
amore.*

Vinam CLAVI, quibus configimur CHRISTO IN CRUCE, timor, fides, verba, doctrinaque Sapientiæ, amore ſint candentes, firmiter conſtanterque hærebimus.

*Funis pu-  
treſcit.]*

Fune alligamur, ſi propoſita tentatione, reſpicimus honeſtatem, & promiſſum CHRISTO factum, ac fidem ſemel datam. At putreſcit frangiturque facile funis. *b* Clavus fortius firmat, divini timoris, æternique ſupplicij; ſed non infigitur ſæ altè, ideoque facile excidit. Si accedat ignis amoris, & exardeſcat caritatis flammâ, ita ut vnus efficiaris cum DEO ſpiritu, configet te CRUCI cum CHRISTO inſeparabiliter.

*Ferrum  
rubiginof-  
ſit.*

*Niſi igne  
candeſcat.*

a. S. Hieronymus, Salonius, Albinus in Eccleſiaſt. Lorinus & Pineda ibid. Eucherius in formulis cap. 8. b. S. Bernardus Sermone de triplici coherentiâ, Vincenti, Clavi, Glutini.



## III.

## AMATOR CRUCIFIXI

*Spectra interdum aut noctu occurrentia  
signo Crucis fugat.*

**N**ihil est efficacius contra terricu-  
lamenta diurna & nocturna, con-  
tra lemures hominibus infestos, con-  
tra larvas strepitum excitantes, con-  
tra umbras in tenebris occurrentes,  
contra striges, inauspicatas volucres  
stridoribus noctem funestantes, con-  
tra lamias & Empusas, denique, contra  
Faunos & Satyros in siluis occurrentes,  
quam SIGNVM CRUCIS. Quare quam  
primum illud CRUCIFIXI Amator, & a  
spectris terrificum terrorem incurien-  
tibus facillimè se liberat.

CVM A. B. PAVLVVS primus Eremita iã  
centum tredecim annos vitam cale-  
stem ageret in desertis, & nonagenarius  
in alia à Pauli solitudine ANTONIVS  
moraretur, hæc Antonio in mentem in-  
cidit cogitatio, vt ipse solebat asserere,  
nullum vltra se perfectum Monachum  
in eremo consedisse. At illi per noctem  
quiescenti reuelatum est, esse alium vl-  
terius multo se meliorem, ad quem vi-  
tendum deberet proficisci.

Itaque

33.

*Terricu-  
lamenta  
diei & no-  
ctis.*

*S. PAVLVVS  
Eremita  
primus.  
S. ANTONIVS.*



## 92 CHRISTVS CRVCIFIXVS

*S. Antonij  
iter ad S.  
Paulum.*

*Hippocen-  
taurus.*

*Eremus  
monstrorū  
ferax.*

Itaque illic d'erumpente luce vene-  
rabilis senex infirmos artus baculo re-  
gente sustentans, cepit ire velle, quō  
nesciebat. Et iam media dies, coquente  
desuper sole, feruebat, nec tamen à cæ-  
pro itinere abducebatur, dicens; Credo  
in DEVM meum, quod seruum suum,  
quem mihi promisit, ostendet. Nec plu-  
ra his, conspicit hominem equo mix-  
tum, cui opinio Poëtarum Hippocen-  
tauro nomen indidit. Quo viso, CRV-  
CIS impressione armat frontem, &  
Heus tu, inquit, qua- nam in parte Ser-  
uus DEI habitat? At ille barbarum ne-  
scio quid infrendens, & frangens po-  
tius verba, quàm proloquēs. inter hor-  
rentia ora leuis blandum qua siuit allo-  
quium, & dexterae protensione manus,  
cupitum indicat iter: & sic patentes cæ-  
pos, volucris transmittens fugā, ex ocu-  
lis mirantis evanuit.

VERVM hæc vitium Diabolus ad ter-  
rendum eum simulauerit, an, vt solet, e-  
remus mostrosorum animalium ferax,  
istam quoq; gignat bestiam, incertum  
habemus. *b* Hoc constat, terriculamē-  
tum istud, indeque terrorem, facile SI-  
ENO CRVCIS fronte picto Antonium,  
optimæ consuetudinis memorem su-  
perasse.

Eodem



Eodem armaturæ genere vsus ad al-  
terius occursum non dubito. Mox e-  
nim inter saxosam conuallem haud grā-  
dem homunculum videt ad uncis nari-  
bus, fronte cornibus asperata, cuius ex-  
trema pars corporis in captarum pedes  
definebat. Infractus autem & hoc An-  
tonius spectaculo Scutum fidei & lori-  
cam spei, quæ nunquam sunt sine CRV-  
CE, immò sunt CRUX ipsa, vt bonus præ-  
liator arripuit: nihilominus memora-  
tum animal palmarum fructus eidem ad  
viaticum, quasi pacis obsides, offere-  
bat. Quo cognito, gradum pressit An-  
tonius, & quisnam esset interrogans hoc  
ab eo responsum accepit.

*Homun-  
culum Sa-  
tyri instar.*

*Cruce pel-  
li mon-  
stra.*

Mortalis ego sum, & vnus ex acco-  
lis eremi, quos vario delusa errore gen-  
tilitas Faunos, Satyros, & incubos vo-  
cās colit. Legatione fungor gregis mei;  
precamur, vt pro nobis communem  
DEVM deprecetur, quem pro salute mū-  
di venisse cognouimus, & in vniuer-  
sam terrā exiit sonus eius. Talia eolo-  
quente, longæuus viator vbertim faciē  
lacrymis rigabat, quas magnitudo læti-  
tiz indices cordis effuderat. Gaudebat  
quippe de CHRISTI CRUCIFIXI gloria,  
& de interitu Satanz.

*Accola  
eremi.  
Fauni.  
Satyri.  
Incubi.*

Simul autem admirans, quod eius  
posset



## 94 CHRISTVS CRUCIFIXVS

posset intelligere sermonem, & baculo humum percuziens, aiebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris. Necdum verba compleuerat, & quasi pennigero volatu petulcum animal aufugit.

a. S. Hieronymus tom. 1. epist. Surius 10. Ianuar. Baronius tom. 2. §. 3. Annal.

b. Hippocentaurum aliquando natum testatur Plinius lib. 7. cap. 3.

c. Sub Imper. Constantino Alexandriam huiusmodi homo vivus fuit perductus, postea occidit exanime, ne calore æstatis dissiparetur, sale infuso Antiochiam, ut ab Imperatore videretur, allatum est, ut S. Hieronymus ibidem subdit.

---

### IV.

#### AMATOR CRUCIFIXI

in Mundo, tanquam in mari magno navigans, utitur Cruce, tanquam pyxidicula nautica; & navi se committens, ut in Oceano nauiget, utitur libenter versorio magnetico in formam Crucis facto.

34.  
Mundus  
Mare.

PRIVS illud est symbolicum; post-  
rius contingit absque symbolo, per  
instrumentum, quo utuntur nautæ. A.  
Itaque Amator CRUCIFIXI habet Mun-  
dum



dum, tanquam Mare quoddam magnum, & spaciosum manibus, ut canat Psalmographus, id est, latissimum & longissimum. Idem considerat vitam humanam, eaque vitur, instar navis, in qua ad portum tendit. Corpus quoque suum velut nauem aspicit, in qua nauclerus est animus. Ut autem nauigatio in vasto ac procelloso mari instituat, sed multo magis, ut finiatur feliciter, opus est duce ac direttore aliquo cuius iudicio, navis in altum inuehatur, & in alto non aberret.

Ducis officium olim præstabant venturi, volucres, Polus, Cynosura. Successit his omnibus, certissimus viæ per undas procellosas dux, Magnes nauticus, sine Acus nautica, seu versoria. Magnetis virtute & affricu tincta, quæ & Pyxidicula nauigatoria appellatur, quæ indicatâ Cynosurâ, aut Polo, maris, certum ac rectum tramitem monstrat.

SINT alij viæ maritimæ duces, & indices vel venti perturbationum animi, amor, odium, spes, hisque similes; vel volucres vanitatis; vel honoris Polus, vel voluptatis Cynosura; Amator **CRV-  
SIFIXI**, non alio vitur instrumento  
quàm

*Duces in  
mari.*

*Venti.*

*Volucres.*

*Polus.*

*Magnos  
nauticus.*

*Pyxidicu-  
la.*

*CRVX in-  
strumenti  
instrumē-  
torum.*



96 CHRISTVS CRVCIFIXVS

quàm CRUCE, siue ad directionem nauigationis suæ, siue ad cuitationem scopulorum latentium, siue ad contemplationem Cynosuræ suæ, quæ non est alia, quàm honor CRVCIFIXI. CRUX est illi Magnes nauticus, pyxidicula magnetica, acus versoria.

*CRVCIS  
usus ad omnia.*

CRUCE si utatur, facile explorabit ventos, id est, afflatus aut spiritus inter-nos ad nauigandum vtilis, vel perniciosos. CRUX illi ostendet, quomodo murandus sit maturè nauigationis cursus. CRUX dux erit ad verrendam nauem à peccato ad gratiam, à vitio ad virtutem, à malo ad bonum. CRUX diriget nauigationem procellosissimam à Mundo ad statum religiosum. CRUX deteget scopulos latentes errorum & criminum. CRUX perducet ad portum felicitatis in nauigatione vltima è vitâ ad mortem, aut potius, à morte vitali, ad vitam immortalẽ; vel à vitâ hac ad alteram, à temporaneâ ad æternam.

*Pyxis nau-  
tica per  
modum  
Crucis.*

QVONIAM autem in hac nauigatione symbolica, siue allegorica, tantum habet præsidium à CRUCE Amator CRVCIFIXI, si contingat illum aliquando, per mare nauigationem reuera instituerẽ; ad quam necessarium est instrumẽtum illud, quod vocatur Pyxis nautica,

*in qua*



in qua est versorium magneticum; curat non solum, vt hoc insigniatur **CRVCYLA** in opposito cuspidis, verum etiam totum componatur in formam **CRVCIS**.

Et sanè, reperiuntur subriles Philoso- *Versorium*  
phi, atque in Arte magneticâ minimè *forma*  
rudes, qui existimât, ita formatum ver- *Crucis o-*  
sorium, plus subsidij ad nauigationem *primus.*  
felicem adferre, quàm si **CRVCIS** for-  
mam non habeat. Nam expeditius se in  
Polos dirigere censetur, si excitatur ex  
quattuor magnetis partibus, ex quibus  
**CRVX** constat. Atque ita probant illi  
versorium optimè fieri, & expeditissi-  
mæ directionis, si componatur ex du-  
plici obelo, qui se in centro interfecent  
ad angulos rectos, sicque **CRVCEM** effi-  
ciant.

Verum, etiamsi nullum in hoc, ex *CRVX ad*  
magnetica natura subsidium esset, vt *omnia v-*  
multi contendunt: nihilominus Ama- *tilis.*  
tor **CRVCIFIXI**, & pyxidiculam, &  
versorium instrumentum format ad  
modum **CRVCIS**, religionis causa,  
quia omnia, quibus vsitur, instrumen-  
ta, vellet esse in formam **CRVCIS** com-  
posita. Est enim affectus in **CRVCEM**  
& **AMOR CRVCIFIXI**, vt Pietas, utilis ad  
omnia.



## 98 CHRISTVS CRUCIFIXVS

2. Legendus Sandaus, Opusculo MARIA  
MAGNES, Dissertatione V. de Magnete  
nautico. Nicolaus Cabeus in Philosophia  
Magnetica lib. 3. cap. 5. ubi conatur  
probare: Non solum inutiliter, sed omnino  
perniciosè fieri versorium magneticum  
in formam Crucis. Per perniciosè, in-  
telligit, detrimentosè: nimirum, quod  
CRUX in eo aliud nihil, quàm pietatem  
commendet. Athanasius Kircherus in  
Arte Magnetica lib. 2 parte. 1.

V.

### AMATOR CRUCIFIXI

Cruce ad purgandum in festum vermibus  
venenatis locum, & idcirco inhabita-  
bilem vitur.

35.

S. PIRMI-  
NIVS.  
Monar-  
chus.

Episcopus.

In Ale-  
manniam  
venit.

S. PIRMINIVS liberalibus artibus eru-  
ditus, primùm Monachus familiae  
D. Benedicti in cœnobio S. Mauri Ab-  
batis; deinde ad Episcopatum Melden-  
sem prouinciæ Senonensis euectus est,  
tempore Constantini Papæ V. vbi mox  
prædicationis & efficacia & suauitate  
singulari omnes longè lateque ad se po-  
pulos attraxit.

Post hæc, à Sintlance, Theodorici Re-  
gis Galliarum in Alemanniæ partibus  
Præfecto, sanctis ipsius laboribus, &  
concioni ipsa die Dominica, ex occa-  
sione



hone sacrae peregrinationis superueniente rogatus, ut fidei, Pastorum negligentia iam labanti in Alemannia succurreret, Romam, ipso Sintlace post sequente, pro potestate contendit. Ea obtenta, in Alemanniam peruenit.

Et cum in loco, qui dicitur Sintlacis *Locus*  
 Ovva magno cum fructu aliquam diu *venenosis*  
 versatus esset, & Sintlacis filium à sacro *simis ver-*  
 fonte suscepisset, rogatus ab eodẽ *mibus in-*  
 lace, ut templum conderet ac dedica- *cessum in-*  
 ret, animum adiecit ad proximam *uenit.*  
 sulam, Rheno lacoque Veneto ambi-  
 tam, eousque vermibus venenatis, ac  
 serpentibus infessam repurgandam, &  
 monasterium ibidem construendum.  
 Sed Sintlace obijciente, non licere lo-  
 cum cuiquam adire. serpentum vene-  
 nis adeo infamem, ut ne vestigium qui-  
 dem quispiam possit in eâ ponere: bo-  
 no esse animo iussit Pirminius: esse E-  
 uangelij præconibus arma, quibus ob-  
 sistant & animi & corporis hostibus:  
 esse ipsidem datam potestatem, ut *CRV- CRUCE*  
 ex ruti super aspidem & basiliscum *munitus*  
 bulent, & conculcent leonem ac dra- *ambulas*  
 conem, ipsique serpentibus viuificum *super aspi-*  
 signum formidantibus nihil formi- *des.*  
 dent.

Tum magna fide à parte Rheni  
 E 2 nauis



## 100 CHRISTVS CRVCFIXVS

*Crucis ef-  
ficacia  
contra ser-  
pentes.*

naugio ingressus, CRVGE lignea effor-  
mata, DEOQUE inuocato, vt primum  
hanc insulam attigit, ita omnes vene-  
natos vermes, vi nominis & Numinis  
CHRISTI CRVCFIXI iussit facessere, vt  
tribus diebus tribusque noctibus, qua  
parte enatabant, aqua vermibus coo-  
perta videretur. Non procul à loco ex-  
sensionis, fontem precibus impetra-  
uit, potantibus, maximè, si febricitent  
salutaris: mox vepreta, senticeraque cū  
horridis tesquis, extirpauit, paliuros in-  
urilesque stirpes euulsit, tandemque  
exædificauit Monasterium, pluribus  
monasticæ vitæ studio ad eum conflu-  
entibus.

*Ex Chronicis Augiensibus, & litteris fun-  
dationis & immisionis, Mauri Baldan-  
gij opera. Plura de S. Pirminio habet  
Matthæus Raderus in Bauaria Sancta.*

### VI.

#### AMATOR CRVCFIXI

36.

*ad expiationem penitentium Crucis  
signum adhibet.*

*Vsus Ec-  
clesia Ca-  
tholica.*

**I**D non vsurpatum tantum in Eccle-  
siâ Catholicâ, ab antiquissimis tem-  
poribus, quando in tribunali confes-  
sionis, absolutionis formula pronūciatur



Ego te absoluo à peccatis tuis, in nomine  
 Patris & Filij & Spiritus Sancti: verum  
 etiam, quando penitentes publicè  
 condonationem postulabant, & à Sa-  
 cerdote obtinebant. Illustre exemplum  
 est in vita S. Corbiniani Episcopi Fri-  
 singensis.

CORBINIANO Romam profecto è **S. COR-**  
 Bauariâ, fato concesserat Theodibal- **BINIA-**  
 dus Princeps, Piltrude vxore relicta, **NVS.**  
 Francâ origine, formâ & nobilitate præ-  
 stante, quam Grimoaldus & ipse Prin-  
 ceptus adamatam, spreta fama, & calcata  
 fraterni thori reuerentia, iustæ coniu-  
 gis loco domi habebat. Vt rescioit Epi- *Minatur*  
 scopus, auersatus scelus, præmittit, qui *Principi*  
 semel diceret, se in Principis conspe-  
 ctum neuiquam venturum, quamdiu  
 probum illi adhæreat: graui addita, in-  
 ter cetera, Pauli Apostoli comminatio-  
 ne, neque adulteros, neque fornicato-  
 res regnum Dei possessuros.

Propè fuit, vt procax fœmina vete- *Procax*  
 rem Herodiadis tragediam repeteret, *fœmina*  
 & recentia Alperidis in Lambertum,  
 Geilæ in Chilianum exempla erant an-  
 te oculos: nam constitit agitata esse id  
 genus consilia, non ignaro periculi Cor-  
 biniano, apertè professo, se Ioannis fa-  
 ctum imitantem, nisi quod Herodes

E 3

vxorem



102 CHRISTVS CRVCFIXVS

viorem fratri viuenti tulisse creditur,  
eiusdem exitium non perhorrescere.

*Moneo  
Corbinia-  
pus.*

*Redeunt  
ad mentē  
animinosi.*

Pergebat nihilominus ablegatis a-  
micis monere, obtestari tantum piacu-  
lum quam primum à se amolirentur, va-  
ria ostentata spe veniæ ad meliorem  
mentem redeuntibus, & quæ pœna-  
rum supplicia peruicaces breui mane-  
rent. Quadraginta dies contentio te-  
nuit. Mollitis tandem animis ad pedes  
Episcopi ambo coniuges, humi passis  
brachijs (ut CRVX formari solet) stra-  
ti, peccatum confessi, detestatiq̃ue, &  
diducturos incestum matrimonium,  
& quæ præterea iuberet, omnia factu-  
ros polliciti. CRVCE signatos expia-  
tosq̃ue subleuat, multa monens, quam  
in posterum viuendi rationem, oran-  
do, sobriè viuendo, pauperibus largien-  
do insisterent. Cibum inde vnà sum-  
pserunt.

*Surius 8. Septem. Martyrol. Rom. Aribò E-  
pisc. in Vita Corbiniani, Otho Frisingen.  
lib. 5. cap. 23. & 24. Marcus Velserus rer.  
Boicar. lib. 4. p. 256. ex quibus Matth.  
Baderus in Bauaria Sancta à pag. 63.*



## VII.

## AMATOR CRUCIFIXI

*Iudeos Christum crucifigentes, ut Muscas  
morientes considerat; quare & suos  
persequutores non pluris facit,  
nec ijs cedit.*

**G**NOMEN illam Ecclesiastæ, *Musca* <sup>37.</sup> *Musca*  
*morientes perdunt suauitatem un-* *morientes*  
*guenti. & adaptat suauiter Christi in-*  
*sectatoribus ac Crucifixoribus S. Ber-*  
*nardus, de Passione Domini differens,* *Hostes*  
*ut & eorum imbecillitatem cum no-* *Christi*  
*cendi malignitate iunctam, & Chri-*  
*sti generositatem, hostes suos, tan-*  
*quam muscas æstimantis & abigen-*  
*tis, declararet, & CRUCIFIXI A-*  
*matore ad pariendi constantiam ani-*  
*mer.*

*Abst, inquit, Domine CRUCIFI-* *Suauitas*  
*xvm alloquens, ut Musca moritura ex-* *unguenti*  
*terminent suauitatem unguenti, quod de miseritor-*  
*tuo corpore fluit; quia apud suum tuum mi-* *dia Chri-*  
*sericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et.*  
*Musca morituræ miseria sunt; musca*  
*morituræ blasphemia sunt; musca mori-*  
*turæ insultationes sunt, quas Tibi reddidit*  
*generatio prava & exasperans. In ipsa*



elevatione manuum tuarum pro venere-  
ria tua clamas: Pater ignosce illis, quia ne-  
sciunt quid faciunt.

*Musca  
pertinax.*

*Ampudens.*

*Erubescit*

*in*

Musca pertinacissime vexant ho-  
minem, adeo, vt mori potius velle vi-  
deantur, quam a vexatione cessare. Ta-  
les fuere Christi persecutores, tam  
contumaces ad inferenda mala, vt si  
moriendum ipsis fuisset, hoc potius e-  
legissent, quam a cruciando Domino  
cessare. Sed bono animo Amatores Pas-  
sionis Dominice. Musca brevis est æui,  
vt oritur subito ex putredine, sic in ea-  
dem moritur ac sepelitur, Idem accidit  
omnibus piorum persecutoribus.

a. Ecclesiasta. x. i.

S. Bernard. Sermones 4. hebdom. parvosa.

## VIII.

## AMATOR CRUCIFIXI

*Cruce in fronte formatâ obit.*

38.  
S. COR-  
BINIA-  
NVS.

**H**OC laudatur in S. CORBINIANO  
Episcopo Frisingensi, qui placi-  
dissime est mortuus. Nam quodam die,  
lotus, rarusque sacram vestem induit,  
sacrificium obtulit, & mysterijs perce-  
ptis domum redijt. Vbi cum vinum po-  
poscisset, vix gustato, fronteque CRV-  
CE signata, extremum spiritum, nulla  
cum



cum doloris significatione reddidit. Corpus, post triginta dies exhumatum integrum repertum est, per omnia suaviter dormienti, quam aut mortuo, aut ægrotanti similis. Et fuere in magna hominum ad spectaculum confluentium turba, qui vivere crederent.

*Vita S. Corbiniani 8 Sept. Marcus Velsus lib. 4. Boica Matthaus Rader. in Bauaria Sancta. Vitus Arenbeckius in Chronicis Baioariorum. Obijt anno DCC. XXX.*

IX.

AMATOR CRUCIFIXI

*si sit Princeps Ecclesiasticus, ut Ecclesia bona iuraque tueatur, Cruce armatus prodit, & plus obtinet, quam signis militaribus.*

39.  
**S.** HARTMANNVS ex Canonico Ab- S. HART-  
 gustiniano, Episcopus Brixinensis, MANNVS  
 fuit morum sanctitate & gloria defen- Episcopus  
 sæ libertatis Ecclesiasticæ illustris. Is Brixinæ  
 quoties cæli desiderio capiebatur, ex sis.  
 publicorum negociorum pelago in vi-  
 cinum Nouæ cellæ, cui à MARIA Gra-  
 tiâ nomen indiderat, tanquam in por-  
 tum confugiebat, vbi cælesti quiete pa-  
 scebatur, & meliore diuinarum illustra-  
 tionum



tionum, ac consolationum nectare mundabatur.

*Secessus  
amator.*

*Curator  
honorum  
Ecclesia-  
sticorum.  
Signo Cru-  
cis muni-  
tus.*

Quem tamen secessum differebat, cū Republicæ vsus, & amittendæ dotis Ecclesiasticæ periculum imminebat, Tum Hartmannus contra Dynastas, qui vel iura Episcopatus conuellere, vel prædia, castra, agrosque inuadere molebantur, non clypeo vel hasta, vel copijs obarmatus, sed sacra Mystrarū acie cinctus, prælato Victricis SIGNO CRVCEIS, in hostes prodibat. Nec quisquam vel tam audax, vel impius & contumax fuit, qui sic armati auctoritate, nomine, & fama sanctitatis, imprimisque CRVCFIXI Domini virtute territus non illic cesserit; præsidiaque ab arcibus, castris, aut agris non deduxerit, locumque vacuefactum illi occupandum tradiderit.

*CRVCE  
meruendus.*

EODEM armaturæ genere meruendus, ausus est contra maximum, potentissimum, & inuictum Imperatorem Fridericum Ahenobardum venire, quando libertas Ecclesiastica operam illius efflagitabat. Nam Adriano Pontifice Max. rebus humanis exemplo, cū de sufficiendo Mundi Præsule, inter Cardinales & Imperatorem vltimis odijs decertaretur, & melior pars Alexandro legi-



legitimo Pontifici adhæresceret, Imperator verò Victori triplex diadema conaretur imponere, eaque de re Fridericus ad Eberhardum Salisburgensem Archiepiscopum & Hartmannum, qui soli propè ex omni Germania Principis gratiam negligebant, litteras daret, nūquam à sententia potuit dimoueri. Et cum Imperator alios hoc nomine vexaret, proscriberet, eorumque fines omni genere cladum vexaret, huic viro pepercit, cælestem inferatus vindicem animaduersurum, si tantum Numinis amicum, & CRUCIS Amatorem offenderet. Bene cecinit de Hartmanno pius Poëta;

*Constanti*

*Cum tremere Latium formidandasq; secures*

*Cæsaris horreret summus in orbe Pater,*

*Hartmannus contra ferrum, contraq; secures*

*Cæsaris intrepidus Rege pauente stetit,*

*Tarpeiumq; caput saxumq; immobile Cepha-*

*Defendit contra Cæsaris arma CRUCE. a.*

CEDANT ARMATA TOGÆ, PLYS ARMIS

PRÆSVL INERMIS

*a Pedro in  
quo CRUX?*

*SÆPE potest: sed cui militat ipse DEVS:*

*De S. Hartmanno Radeuicus lib. 1. cap. 14.*

*Hundius metrop. Salisb. Baron. tome*

*xii. Henricus Canisius tom. 2. antiq. lect.*

*Audior vite S. Leopoldi Austrij. Ex qui-*

*bus & MS. Cænobij Pellingani Mar-*

*thaus Raderus in Bavaria Sancta tome*

*2. p. 262. Obijt c. 10. c. lxxv. 23. Decemb.*



X.

## AMATOR CRVCIFIXI

*nunquam conqueritur de acerbitate sub  
sortis coram Crucifixo, memor quod  
acerbiora in Cruce passus sit*

Dilectus.

*contrarium displicet Crucifixo.*

40.  
Religiosus  
S. Domi-  
nici pusil-  
lanimis.

QVIDAM de primis Ordinis S. Do-  
minici Patribus, postquam magna  
sanctitatis vitæque purioris exemplo  
iam annis aliquot in Religione versatus  
esset, nullam tamen in omnibus Reli-  
gionis exercitijs consolationem gustû-  
que sentiebat; ita vt nec meditatio, nec  
oratio, nec contemplatio, nec lectio ei  
saperent. Quod autem multa assidue de  
favoribus & gratijs, sensibusque spiri-  
tualibus, quibus alij à Deo perfunde-  
batur narrari audiret, propemodum præ  
desperatione animum abijciebat.

Conqueri-  
tur coram  
Crucifixo.

Hinc quadam nocte coram Domini  
in CRUCE FIXI imagine se prostravit,  
suamque miseram sortem, & desolatio-  
nem amarissime plangens hisce CRV-  
CIFIXVM verbis compellavit. Sempet  
Te, Domine mi, audiui & credidi, bo-  
nitate & mansuetudine omnibus crea-  
turis antecire; vide ergo, quæso, & re-  
cordare,



cordare, me Tibi multos annos fidelis-  
simè seruiuisse, tua causa plurimas tri-  
bulationes esse perpeffum, meque Tibi  
soli totum quàm libentissimè impen-  
diffe. Si vel quarta temporis, quo Tibi  
seruiui, parte, tyranno euidam immitif-  
simo seruissem, iam dudum is aliquod  
mibi beneuolentiæ signum ostendisset,  
tum leniter blandeque me vel saltem  
semel alloquendo, tum amico vultu  
mibi arridendo.

Tu verò, Domine, nullum prorsus *Querela  
acerba.*  
hactenus mihi fauorem ostendisti, im-  
mò, ne minimam quidem gratiarum  
earum, quibus alios præuenire soles, re-  
cepi; & cum ipsa sis dulcedo, erga me  
tamen durus es & centum tyrannis au-  
sterior. Quid hoc est, Domine? quid ita  
id fieri iubes?

Hæc dum queritur, tantum subito *Strepitus  
ingens.*  
fragorem circa se excitari audit, tanquàm  
si templum vniuersum à fundamentis  
subrueretur; & super tabulata supernè  
tantum, tamque horrendum tumul-  
tum ac strepitum, quasi mille canes o-  
mnem contignationem dentibus con-  
serpissent. Ad quem horrorem conster-  
natus, & propè exanimatus, cum re-  
spiceret, visurus quid nam esse pos-  
set; vidit ponè se terribile quoddam



## MO CHRISTVS CRVCFIXVS

*Quervulus  
à Damone  
percuti-  
tur.*

& visu terribissimum monstrum, Dæmonem scilicet, qui ferro quodam vecte, quem manu tenebat, tam grauem illi ictum impegit, vt in terram corruens exurgere in pedes non posset. Sumptâ tamen audacia ad vsque altare vicinum proserpsit, ita elumbis & fractus præ dolore, tanquam si ossa omnia fustibus contusa & luxata essent.

*Delum-  
batus ia-  
657.*

Vt ergo Fratres in templum venere Primam cantaturi, & eum delumbatum ac semimortuum videre, subiti huius casus causam ignorantes, eum ad nosodochium domesticum tulerunt: trium verò hebdomadarum spacio, quo grauissimis doloribus est conflictatus, tam teter & intolerabilis odor è corpore eius prodibat, omnemque locum replebat, vt Religiosi eum curaturi & seruituri, non nisi obturatis naribus, medicamentisque redolentibus præmuniri ad eum ingredi possent.

*Culpam  
agnoscit.*

Hoc tempore transacto, vt primum habere meliusculè cœpit, & pedibus insistere, stultâ suam præsumptione & superbiam, ante omnia expiare voluit. Hinc ad locum, in quo ante CRVCFIXUM, conquerendo coram illo, culpam commiserat, reuertit, aliquod in eo culpæ

*remem-*



remedium quæsiturus. Quare multis cum lacrymis, seque humilians, longè aliter orate ac CRUCIFIXVM Dominum alloqui cœpit, quàm antea fecerat.

Culpam quippe suam confitebatur, seque omni prorsus bono indignum, & pœnas potius castigationemq; promeruisse censebat. Quem mox Dominus, formata diuinitus voce consolatus est, hoc verborum complexu: Si cōsolationes aliquas & gustus in oratione quæris, ante omnia necesse est te humilè esse, tuâ imbecillitatem ac nihilū agnoscere, teque luto viliores, immò vermibus, quos pedibus proteris, cōtemptibiliorem iudicare. Hac commonitione cautior factus, totum se voluntati CRUCIFIXI conformauit, perfectissimus deinde Religiosus id est CRUCIS sincerissimus Amator effectus.

*Confite-  
tur deli-  
ctum.*

*Consola-  
tionem à  
Crucifixo  
accipit.*

*Fernandus Castiglius 1. p. lib. 1. cap. 60. his-  
tor. Ord. Prædicat.*

DECAS V.

I.

AMATOR CRUCIFIXI  
Somniorum ludibria. Et in ijs Diaboli  
insultationes Crucis signo  
dissellit.

41.

Quos



112 CHRISTVS CRVCFIXVS

Nocturna  
illusiones.

QVos clarâ luce turbare satis non potest Cacodæmon, noctu aggreditur Dei famulos, quos si non permittatur vigiles in tenebris exagitare, somno pressos mirum in modum torquet. Sciunt qui experti sunt, & horrent. Multi experiuntur, sed referre deinde non possunt, nisi euigilent, & recordentur, quid actum sit: at illa ipsa recordatio horrorem incutit. Quod remedium, huius, & illius? SIGNVM CRVCIS ex amore CRVCIFIXI formatum: nullum est magis presentaneum.

POPPO  
ABBAS.

Expertus id est S. Poppo Abbas Stabulensis, magnus CRVCIS venerator, qui eius rei causâ mare traiecit, & in Palæstinam nauigauit, vt loca CRVCIS sacrata, & à CRVCIFIXO calcata videret, & oscularetur. Postea redux in patriam, famâ celeberrimus, multorum Monasteriorum Administrator.

Somnio in  
vita sine  
vexatur.

Tandem, quò omnes tendunt, etiam infulati, vltimo exitus sui tempore in celsâ sopori indulgens, somnium Diaboli minas ei intentantis passus est: sed SIGNO CRVCIS facto, mox illud depulit. Interim tamen validâ vi febrium cœpit fatigari. Vnde Abbatem, quem in comitatu habebat, vnâ cum ceteris fratribus ad se euocans, resolutionis suæ diem



diem imminere prædixit : ac deinde ad visitationem vñctionemque sui præfatum Abbatem hortatus est : demum cilicio se recolligens , eique incumbens in S. Pauli conuersione, quod ardentè prius desiderauerat , Spiritum Deo reddidit. Anno Incarnati Verbi *cijs. XLVIII. ætatis LXX.*

*Cruce vñ-  
tor moris  
tur.*

FUIT Poppo magnus sui temporis CRUCIS ac CRUCIFIXI Amator Cul- torque, ad cuius honorem ieiunijs flagellisque carnem suam acriter atterebat : lacrymabatur etiam frequenter, maximè tempore sacrificij, quo potissimum Christi Passi fit representatio; adeò, vt in celebratione Missarum plerumq; casulam Sacerdotalem lacrymis humectaret, interdum etiam ipsum panem, denique, inter cœnulam plus videretur lacrymarum, quàm aquæ bibere. Tanta erga pauperes ferebatur misericordiâ, vt præter eos, quos quotidianis sumptibus alebat, singulis Kalendaris trecentos plenè reficeret, in alios quoque benignus. Quare nemo fuit, qui non orbitatem suam in morte viri Sancti restaretur.

*Poppo  
Crucifixæ  
Amator.*

*Pater  
pauperum.*

*Euherhelmus in vita. Sur. xxv. Ian. Baron.  
Notis Martyr. & Tom. xii. Ann. Fran-  
cisc. Harais. Lippeloo; Grasim. Fasti  
Mariani.*

*Il. A-*



## II.

## AMATOR CRVCIFIXI

42. *Crucis signum in labijs pingens, os claudit, & expirat.*

B. PAVLA  
Romana.

Genus  
Paula.

Religio.

Pietas,

*Afflictione esse cum Christo. c.*

corporis

admiran-

da.

QVID possit in sexu fragili amor CRVCIS, & CRVCIFIXI imitatio, docuit vna in paucis, PAVLA Romana vidua, nobilis genere, sed multo nobilior sanctitate, illustris quondam opibus & potens, sed deinde Christi paupertate clatior, Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Pauli heres, cuius vocabulum trahebat, Martia Papyria, matris Africani vera & germana progenies. Ea ut tolleret CRVCEM suam & sequeretur CRVCIFIXVM, Romæ prætulit Bethleem, & auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutavit. Quamdiu in corpore fuit peregrinata a. est à Domino, & voce semper flebili conquerebatur: b. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Cupio dissolui &*

Quoties infirmitate corpusculi

(quam incredibili abstinentia, &

da.



duplicatis contraxerat ieiunijs) vexabatur, hoc in ore voluebat: *Subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo, ne alijs predicans ipsa reprobata inueniar.* d. Inter doloris aculeos, quos mira patientia sustinebat, quasi apertos sibi celos aspiceret, loquebatur: *Quis dabit mihi pennas, sicut Columba, & volabo, & requiescam?* c.

Post vitam sanctissimè actam, in terra CRUCIFIXI signata vestigijs, incidit *Morbua* tandem in grauissimam valetudinem, *supremus* & quod optabat, inuenit, vt mortales *S. Paulus* deserens arctius Domino iungeretur. Sentiebat adesse mortem, & frigente alia parte corporis, solum animæ teporem in sacro pectore palpitare: & nihilominus, quasi ad suos pergeret, alienosque deseret, illos versiculos susurrabat: f. *Domine, dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae.* *Desiderium coeli.* Et? g. *Quā dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Et, h. *Elegi abiecta esse in domo DEI mei magis, quā habitare in tabernaculis piscatorum.* Cū interrogaretur, an doleret aliquid? respondit, nihil se habere molestiae, sed omnia quieta & tranquilla perspicere.

Post.



*Aspira-  
tiones ad  
caelum.*

*Pingit  
Crucis si-  
gnum in  
labijs.*

Post hæc obmutuit: & clausis oculis, quasi mortalia despiceret, vsque ad expirationem animæ eisdem repetebat versiculos, vt quod dicebat, vix audiri posset. Denique digitum ad os tenens, & CRVCIS SIGNVM pingens in labijs fidei Creatori, expirans animam suam tradidit, cum vixisset in sancto proposito Romæ annos quinque, Bethleem annos viginti, omne autem vitæ tempus quinquaginta sex.

a. 2. ad Corin. 5. b. psal. 119. c. ad Phil. 1. d. i. Corint 9. e. Psal. 14. f. Psal. 25. g. Psal 83. S. Hieronymus epist. 27. ad Eusebium. Surius 27. Ianuar. Baron. No. is Mart. & tomo 5. Annal. Obijt Anno 405.

## III.

## AMATOR CRVCIFIXI

*domum quamlibet ingrediens, utensilibus  
Cruce signat: & ad mensam, lances,  
ac pocula.*

43.  
S. VEDASTVS  
Episcopus  
Atreba-  
tensis.

FVIT sanè liberalis in extendenda dextera, & formanda vbique CRVCIS, domi forisq; S. Vedastus, insigni vlt sanctitate, & amore erga CRVCIFIXVM Dominum, postea Episcopus Atrebatensis



gensis: & probauit bonus Dominus sequentibus signis, frequentem hunc vsum signandi se & alios in viro Sancto.

Cum esset in comitatu Francorum *Signo* Regis Clodouei, qui eius Societatem *Crucis* experierat, antequam ad fidem Christianam conuersus esset, & ad S. Remigium Rhemorum Episcopum properaret, obuium habuit in pago propè Reguliacam villam ad Axonam flumen *Cœcum* quendam cœcum ab ipso postulantem *illuminat.* suppliciter opem, quem ille extēplō, solitis remedijs extendens manum, SIGNO CRUCIS, & oratione fusā illuminauit.

Post multum temporis accidit Francum quendam Ocinum nomine, magnifico rerum omnium apparatu Regem Clotarium Clodouei filium ad prandium vocare: vocatus autem est & Vedastus. Qui domum ingressus, pro consuetudine, omnia Sanctæ CRUCIS SIGNO, extensâ dexterâ signauit. Erant autem in cœnaculo vascula quædam gratoijs gentibus potu plena, sed malè gentilium errore ad decipiendas coniuarum animas dæmoniacis incantationibus infecta, quæ subitò ad potentiam CRUCIS crepuerunt.

Quo



118 CHRISTVS CRVCIFIXVS

Potentia  
signi Cru-  
cis.

Quo viso, Rex cum Optimatibus in stuporem versi Christi CRVCIFIXE virtutem, in eius famulo Vedasto col- laudarunt: & plurimi occultis fraudis diabolicæ laqueis absoluti, auguriorum varietate spreta, incantationumque su- perstitutione relicta, ad veræ religionis puritatem conuolarunt.

*Albinus Flaccus Alcuinus in vitâ Surius, Havaus, Grasius vi. Febr. Baronius Not. Martyr. Fuit Episcopus annis XL. migravit ex hac vita Anno Dom. DLXX.*

IV.

AMATOR CRVCIFIXI

*impetrat à Domino, ut coelitus immittat Cruces inimicis Crucis, ad ipsorum con- fusionem, & Crucis ac Cruci- fixi honorem.*

44.  
S. CY-  
RILLVS  
Ierosoly-  
mitanus  
Episcopus.

Hoc fecisse & obtinuisse S. Cyril- lum Ierosolymitanum Episcopum fas est credere. Nam cum Iulianus Im- perator Apostata Iudæis templum Ierosolymis instaurare permisisset, im- mò mandasset, & ad hoc de publico sumptus subministrasset, memor va- ticipij



ticinij Danielis, quod & Christus in Euangelijs confirmauit, palam & constanter Cyrillus ædicatoribus prædixit, quod in eo templo lapis super lapidem remansurus non esset.

Nec fuit vana eius prædictio: cum enim de die id pronunciaffet, noctu terræ motus magnus factus lapides fundamentales veteris structuræ omnes euulsi, & vnâ cum contigujs ædificijs dispersit. Tum verò etiam ad miraculum conuenientibus Iudæis, ignis cœlitus delapsus cuncta artificum instrumenta consumpsit: nec non insequenti nocte SIGNA CRVCIS, instar radij solaris splendentia vestibus illorum impressa comparuerunt, & tam pertinaciter inhæserunt, vt nullo pacto extergi demique potuerunt. Hæc ad ed stupenda prodigia, vnicum illud Cyrilli verbum, cum quo haud dubiè iuncta fuit ad CRVCIFIXVM feruens oratio, consequuta sunt, ad CRVCIS venerationem, & eius hostium detestationem.

NEQVE his tantum in terra portentis, verum etiam in cœlis maiori miraculo CRVCIS Amatores Dominus illustrare ac honorare voluit. Siquidem Cyrillo ad CRVCIS honorem promouendū

*Prædictio  
euerisionē  
templi.*

*Signa  
Crucis vs  
radij solaris.*

*Signum  
Crucis  
fulgidum.*

inter-



intento, Ierosolymis SIGNVM CRVCIS  
in caelo fulgidum super sacrum montem  
Caluariae diebus Pentecostes, horâ fe-  
rè diei tertia, apparuit, solisque radios  
suo splendore longè præcelluit; ita ut  
lucis illius excellentia vniuersus popu-  
lus Ierosolymitanus concitatus, maxi-  
ma cum admiratione SIGNVM illud FI-  
LII HOMINIS aliquamdiu spectauerit,

*Cruce lon-  
ga stadijs  
xv.*

Nam & magnitudine CRUX illa fuit  
tanta, ut quindecim stadia excederet,  
ab ipsoque sacro Golgotha, ad montem  
vsque Oliueti protenderetur; & luce  
tanta, ut non modò Christiani omnes  
illic illustratos se confirmatosque senti-  
rent; verum etiam Iudæi ac Gentiles  
aduenæ, ab erroribus tenebrarum auer-  
si illuminarentur, & CRUCIFIXVM verè  
DEVM profiterentur. Quemadmodum  
ipse Cyrillus præclare in epistola sua de  
eodem admirando Signo ad Constans-  
tium Imperatorem data testatur.

*Ex vita collecta ex auctoribus historia tri-  
partita per Ioann. Grodecium, Surium  
xviii. Mart. Baron. Not. Marty. & Tom.  
4. Annal. Haraus. Græsus. Quienit in  
pace Cyrillus Anno CCCLXXXVI.  
Yelentin. XI. Theodosij VIII.*



V.

## AMATOR CRUCIFIXI

*vitur Crucis signo, velut lapide, ad  
confringendum vas, lethifero  
potu plenum.*

45.

**S** BENEDICTVS plurimorum fuit in **S. BENE-**  
Gymnasio **CRUCIS** discipulorum **DICTVS.**  
Magister, quorum nonnulli optima  
præcipienti immorigeri penè exitium  
creassent, nisi **CRUX** per modum lapidis  
fuisset saluti.

Erat in vicinia, vbi sedem suam habe- *Postula-*  
bat Benedictus, monasterium, cuius *tur ad*  
præside defuncto, congregatio vniuer- *Abbas*  
sa ad Benedictum veniens, infimis, *munus.*  
importunisque precibus postulauit,  
vt defuncti Patris munus suscipe-  
ret. Renuit inquit vir Sanctus, quod di-  
ceret vitæ suæ institutum cum illorum  
moribus minimè conuenire. At illi cum  
instarent, vrgerentque, tandem pronū-  
ciam suscepit, & dissolutos mores seue-  
ritate disciplinæ adstringere est aggressus.  
Tum ijdē dementiæ & temeritatis  
sefe accusanter, cōsilia plena iniquitatis  
de morte Benedicto inferenda captarūt.  
Itaq; venenum vino mixtum **VIRO DEI**  
propinare statuunt. Sed cum vas vitreū

F

in



CRUX  
signum  
vite.

in quo pestifer potus habebatur accumbenti obrulissent, ille, vt benediceret CRUCEM formans, ita id confregit, ac si pro CRUCE, lapidem in vitreum poculum iecisset. Intellexitque protinus vir Sanctus, quia potum mortis habuerat, quod CRUCEM, signū vite, portare non potuit. Tū placido vultu menteque tranquilla insidiatores suos alloquens dixit: DEVS vestri misereatur, Fratres, quare tam nefarium scelus patrare voluistis? ite & Patrem vestris convenientem moribus querite, quia post hac habere me minimè potestis: sicque ad locum dilectæ solitudinis est reuersus.

*S. Gregor. lib. 2. Dialog. Surius 21. Mart. Baron. Not. Martyrol. G. 10. VII. Annal.*

## AMATOR CRUCIFIXI

*utitur Crucis signo, ut vas lethiferum potum plenum, faciat salutare.*

**H**OS tentauit S. IOANNES Apostolus, & cecidit è voto. Nam cum ei oblatum esset poculū vipereo spumans veneno, ille interritus sūpsit, & cum signū CRUCIS expressisset, magno fortiq; animo toxicū hausit, & nihil prorsus sensit: fuitq; poculū salutare. Siquidem mirati circumstātes, DEVM laudarunt, & Apostolum verum DEI seruum prædicarūt.

*Vita xxvii. Decemb. Sur. Gras. Alij. VI.*



## VI.

## AMATOR CRUCIFIXI

*Viritur Crucis signo, velut scuticā, ad abi-  
gendum Damonem, volucris specie ob-  
volitantem, menti q̄ turpia  
ingerentem.*

**C**VM initio suæ conuersionis S. Be- 46.  
S. BENE-  
DICTVS.  
neditus oberraret solus in deser-  
to, auicula, quam vulgò merulam di-  
eunt, magnam illi importuno circa fa-  
ciem eius volatu molestiam exhibuit:  
sed CRUCIS SIGNO edito, non secus ac  
si scuticam vibrasset, illum, qui auiculā  
mentiebatur, abegit. Abcessit auicula:  
tanta autem carnis tentatio suo cū hos-  
piti sequuta est in Benedicto, quantam  
antea nunquam senserat.

Quandam namque aliquando *Tentatio*  
minam viderat, quam malignus Spiritus *carnis.*  
ante eius mentis oculos reduxit, tan-  
toque igne Serui Dei animum in spe-  
cie illius accendit, vt dum in eius pe-  
ctore amoris flamma vim caperet, etiā  
penè deserere cremum voluptate vi-  
ctus deliberaret. Sed ecce subito CRV-  
CIFIXI virtus enituit, qua compunctus *Crucifixiō*  
corde, vt etiā pungeretur in carne, ex- *virtute*  
tus indumento, in spinarum se coniecit *superatur.*  
aculeos, ibique diu volutatus toto ex



124 CHRISTVS CRUCIFIXVS

ijs corpore vulneratus exijt: ac sic per  
cutis vulnera, eduxit e corpore vulneru  
mentis.

S. Greg. lib. 2. Dialog. Surius XXI. Martyr  
Baronius Not. Martyr. & Tom. VII.  
Annal. Fasti Mariani.

VII.

AMATOR CRUCIFIXI

Cacodamonem, in Angelum lucis trans-  
formatum, noua metamorphosi, ad  
antiquam speciem reducit

Crucis signo.

47.  
S. VIN-  
CENTIUS  
Ferrerius.

SI compareat Cacodæmon Religiosus  
instar viri grauis, reditum suadentem  
ad seculum: si adolescenti pio, casto  
que, tanquam Nympha, inuitans ad for-  
litudinem: si eremicolæ, velut Episco-  
pus, mitram offerens, vel ostentans,  
manus Antistitis extollens ad imita-  
tionem, arripiat Amator CRUCIFIXI  
CRUCEM, aut formet signum in aëre  
videbit illic nouam transformatio-  
nem Angelilucis in noctis vpopari  
Exemplum accipe vnum ex selectis.

B. VINCENTIUS, dictus Valentinus  
aut Ferrerius, quia antiqua Ferrer-  
rum familiâ Valentia in Hispaniâ  
tus, primis statim annis documenta



dit, quantus esset futurus, successu tem-  
poris CRUCIFIXI Amator. Ut sextum  
annum attrigit litteris est traditus, in  
quibus ita profecit, ut sacrum mox O-  
ratorem inter suos ageret. Si quando  
pueris eum adesse contingeret, post  
breuem honestamque recreatiunculā,  
inducto silentio, cippum aliquem con-  
scendebat, aut consiltebat in cespitem  
aggestu, & quæ audierat ab egregijs  
Diuini Verbi præconibus, summa cum  
dexteritate exprimebat.

Dum ageret annum duodecimum ad  
Dialecticæ studium gradum fecit, in  
quo biennio admodum exacto, tantum  
profecit, ut inter cõtubernales suos pal-  
mani omnium applausu mereretur. Sed  
pietate maximè excelebat. Singulis  
hebdomadis bis, id est, quarta & sexta  
feria ieiunabat. Singularem autem fere-  
batur affectu, eratque deuotione erga  
CRUCEM CHRISTI, & B. MARIAM  
Virginem, Officium vtriusque quoti-  
die piè recitans. Missarum solennijs  
summa cum animi attentione ac de-  
centissima corporis compositione in-  
teterat; Diuini Verbi prædicatores do-  
ctos pariter & indoctos, pia quadam  
curiositate, ut apicula studiosa mel su-  
gens è flosculis, audiebat.

*Philoso-  
phia am-  
ditor.*

*CRUCIS  
Amator.*



INGRESSVS S. Dominici familiam, per viam regiam CRVEIS ad culmen perfectionis Christianæ ac religiosæ tendere constituit. Itaque vt idoneus esset CRUCIFIXI prædicator, vigilijs, ieiunijs, alijsque corporis afflictationibus carnem macerabat assiduè.

*Damonis  
insidia.*

QVOD non ferens, aut ferens agere inimicus CRVEIS Cacodæmon, nocte quadam, precibus matutinis absolutis, cum Vincentius virtutem perseverantiæ à Domino postularer, videntum is se dedit, specie senis per quam venerabilis & religiosi, dicens se vnum esse ex veteribus Egypti Patribus, & tantam vitæ austeritatem in florida ætate omittendam consulens. Quid, inquit, hæc corporis maceratio tibi conferet, cum in eâ ad vltimam senectam minimè perseverare possis? Quare missam eam facito, & in sola Christi Saluatoris gratia ac benignitate confide: nec dubites quin facile ab eo, si in aliquod delictum prolapsus fueris, gratiam consequeris.

*CRVEIS  
abigit Da  
monem.*

HIS auditis Vincentius, primum vehementi timore commotus fuit, sed, vt se ab eo non nihil collegit, & me-



ram Dæmonis fraudem esse deprehendit, facto CRVCIS SIGNO, inimicum in fugam compulit; qui magno cum euitatu, & terro fœtore relicto diabolicæ transformationis manifesta indicia post se reliquit.

IDEM CRVCIFIXI Amator oblatos *Cruce factis* sibi infirmos non alio medicamento, *nas infirmos* quam CRVCIS SIGNO sanabat. Illud lingua assiduè proferès, manu formans, oratione commendàs mirū est, quā multos ad CRVCIFIXI Domini castra perduxerit. Satis cōstat, Iudæorum viginti quinque millia, totidem ferè Saracënorum Christo, eius opera, fuisse conciliata: Christianorum centum viginti millia CRVCIFIXO reconciliata: publicis flagitijs infamium quadraginta millia ad CRVCEM le, post eius prædicationem contulisse, & gratiam à CRVCIFIXO consequutos, ad meliorem vitam reductos fuisse.

*Petrum Rauzanus in vita S. Vincentij 4. libris descripta. Surius V. April. Havans, Grassus, Fasti Mariani. Baronius, Nos. Marty. Obijt. An. 1418.*



## VIII.

## AMATOR CRVCFIXI

noctu, ad strepitum à malignis Spiritibus  
excitatum, Cruce se munis: nisi faciat, pe-  
riculum est praesertaneum, ne in vas non  
signatum se immittat: & inde  
egredi recusset insidia-  
tor.

48.  
S. VIN-  
CENTIUS

Terrorium.

**B.** VINCENTIO FERRETO omnium  
necessitatibus spiritualibus expo-  
sito. Puella quaedam se stitit, saevissimo  
obsessa Dæmonio, quæ horrendis ela-  
moribus, & saevitia cunctis terrorem  
incuriebat, & non nisi ab octo valentis-  
simis viris adduci potuerat. Vincen-  
tius; cum solo verbo, virtute CRVCFI-  
XII armatus impotentem Dæmonis  
vim in puella compescuisset, præcepit  
illi in CHRISTI nomine, vt quando, &  
quam ob causam puellam ita exagitare  
cœpisset, ediceret.

Energum-  
ena.

Tum ille falsus est, se matrem pu-  
ellæ ante septennium incitare conatū,  
vt per summum scelus marito mortem  
inferret, Illā verò cum insolitos in ædi-  
bus suis strepitus Dæmonium nequitia  
excitatos audisset, euigilasse, seque

CRV-



CRVCIS SIGNO, Christi & B. Mariæ Virginis nomina appellans munijfle. Tum verò se contra illam præualere nõ potuifle, sed puellam CRVCIS signum negligentem inuafiffe.

*Puellâ negligens signationis.*

His auditis, Vir Sanctus iuffit turbulorum Spiritû, puellâ illasâ, migrare. Qui horribili cum eiulatu ac fœtore terrerrimo, puella ferè exanimi relicta, exijt. Eam autem Vincentius domum reductam & cibo potuque refocillatam monuit, vt in posterum signum salutis contra inimicum CRVCIS præferret: & peccatis per salutarè confessionem expiatis, hortatus est, vt emendatione vitæ, & pietatis operibus alias Dæmonis insidias vigilanter ac prudenter deuitaret.

*Inuaditur*

*Liberatur.*

*Monetur.*

*In vita S. Vincentij V. April. Surius. Grasseus.*

IX.

AMATOR CRVCIFIXI

*non veretur in medias seditiosorum turbas se dare, vt Crucem illis ostendat, quâ pacem non tam impetret, quàm impeteret, Crucis ad hoc virtute fretus.*

49.

**M**ACARIUS Armenus puer fuit, de MACARIVS Armenus. indeq; adolescens ingeniosissimus. **RIVS** Armenus. **F S** Tra-



130 CHRISTVS CRVCIFIXVS

Traditus studijs litterarum, consequutus est, paruo molimine, disciplinas liberales omnes, quibus Græcia, Armeniaque florebat. Morienti patri successit iuuenis, in iuuenili ætate, virtute & morum gravitate præmaturus. Victus ei erat, qui corpus tenuiter sustentaret; mollem, & delieatum vestitum, quo viuo patre vsus fuerat, cum asperrimis camelorum pilis mutauit, CRVCIS Amator integerrimus, & ad CRVCIFIXI imitationē totū se effingens tanta lacrymā dicorā Amato suo donatus facultate, ut quādo precibus clā vacabat, sudariū habere ad manū necesse esset, quo largiter manantes lacrymarum vndas tergeret.

*Adolescē-  
tis virtu-  
tis.*

*CRVCIFIXI  
imitator.*

*Patriar-  
cha.*

*Resignat:  
Patriar-  
chatum.*

A Macario Maiore Patriarcha Alexandino adoptatus in filium, & ab eodē in rebus Ecclesiasticis eruditus, dignus ea Sede est habitus: in qua locatus, dissolutos populi mores verbo & exēplo profigabat. Sed cū rerum terrenarum esset cōtempore egregius, placeretq; CHRISTVM de proximo sequi, Pontificia dignitate in Eleulerium venerabilem virum translato, exijt de terra & cognatione sua, profectus in terram CRVCIFIXI sanguine irrigatam.

Ibi locum ligni S. CRVCIS et osculatus, ad sepulcrū se Domini contulit, in quo



quo peccata tum sua, tum totius orbis *In Terra*  
 planxit. Egressus spelæum prædicabat *sanctam*  
 CRUCEM & CRUCIFIXI potentiã *proficiscia*  
 & Saracenis, qui post laniatũ totius cor- *sur.*  
 poris, instar CRUCIS eum in terra exten-  
 dentes, tribus clavis pavimento affixe- *Crucefigi-*  
 runt. & ignito saxo pectus presserunt. *sur in tot-*  
 Qua in Cruce haud dubiè defecif- *ra,*  
 set, nisi Angeli in auxilium missi opem  
 tulisēt. Quo facto hostes eateus CRU-  
 cis inimici ad CRUCIFIXI fidem vene-  
 rationemque conuersi sunt. Inde illi fa-  
 ma & nomen celeberrimum.

Quare cū nullus Amatori CRUCIS pla- *CRUCI*  
 ceret ad commemorandũ locus, nisi vbi *cacum il-*  
 posset ignotus & obscurus degere, Pale- *luminas.*  
 stinam deseruit. In itinere constitutus  
 cæcum obuiã habuit, cuius calamitate  
 ad misericordiam prouocatus, lacrymas  
 fudit, & oculis admotã, quam gestabat,  
 CRUCI, cæco lumen restituit.

Peruenit deinde, cū socijs peregrina- *Aquam*  
 tionis suæ, ad locũ in aquo sum, vbi iti- *in terrae-*  
 nerantes & incolæ incredibili, indeque *licum.*  
 intolerabili sic citate torquebãtur: peri-  
 culũ quoq; erat peregrinantibus, ne cõ-  
 tabescerent. At Macarius de CRUCIFIXI  
 misericordiã confusus, Scipione, cui su-  
 perne CRUX infixã erat, SIGNVM CRUCIS  
 terræ impressit. & scaturiginem abun-  
 dantissimam elicit. F 6 Post.



132 CHRISTVS CRVCFIXVS

*Urbibus  
desanat.*

Post multa terrarum emensa itinera, Iultrauit Germaniam, & in ea Bauariã, CRUCEM ubique in baculo viatorio circumferens, & CRVCFIXI religionem venerationemque, vbi cumque pedem ponebat, inferens. Boiariã hospes ab Adelberto summæ dignitatis viro in domum inuitatus, non recusauit. At ecce, vxor eius, Aua nomine, diuturno morbo fatigata ad extrema tendebat, iamque omnis vitæ spes ablata erit, cum Vir Sanctus ad solita recurrens remedia, aquam benedicit, CRUCEMQUE intingens, tres ab ea guttulas in decumbentis os instillat, ac protinus sanitati restituit.

*Furem  
beras.*

Inde Moguntiam perlatus, obuiam habuit furem ab imminenti mortis periculo se proripientem. Insequebantur hostes, fugiebat reus, etiam pendè manu prendebant, cum ille Macarium peregrinum videns, & in eius manu CRUCEM, quæ illi scipionis loco seruiebat, ad pedes eius corruit, rogans suppliciter, vt præsens periculum à ceruicibus suis auertat. Interim aduolant hostes ipsi quoque Christi seruo necem intendant, si scelerati patrocinium suscipere ausus sit. Ille verdè, armis, quibus pugnas solebat probè munitus inter malefactorum



Storem & tela hostilia stat imperterritus: & obijcit furentibus Scutum inexpugnabile, CRUCEM illam suam in cunctis actionibus suis familiare sibi per-  
fugium.

Vidisses illic dignum CRUCE amato-  
ribus spectaculum, hostes arma vibra-  
re, Macarium inimicorum telis CRUCEM  
opponere, ac tandem gloriosa vi-  
ctoria potiri. Hostes enim quamuis E-  
piscopi verba non intelligerent, ex imo  
tamen splendore, qui ex vultu eius re-  
lucebat, & virtute CRUCE moti, desi-  
derunt ex equis, ac ad eius prouoluti  
pedes, ipsius se voluntati permiserunt,  
ipsumque reum, quod penè incredibili  
le, ad osculum pacis admiserunt.

E Germania migravit Peregrinus  
Macarius in Belgicam, & Machliniam  
delatus, ibi incendij flammis, quæ iam  
ædes quasdam peruaserant, & obuia  
quæque deuastabant SIGNO CRUCE  
extinxit, magnam inde, quam nō qua-  
rebat, consequutus gloriam, sed quæ  
tota in CRUCIFIXVM redundabat, cuius  
virtuti Macarius omnia à se præclare  
gesta adscribebat.

IAM quod titulus præscriptus innuit,  
referatur. Cùm Tornacum peruenisset,  
orta est in vulgo seditio pernicio-  
sa; con-

CRUX  
Scutum  
inexpugnabile.

Incendij  
Cruce ex-  
tinguit.

Seditio  
Cruce se-  
datur.



134 CHRISTVS CRUCIFIXVS

cursu ciuium, tanquam hostium facto  
 tela volitabant, seque mutuo impete-  
 bant, tanta pertinacia, vt nec ipse Prin-  
 ceptus patris senior Balduinus, qui tum  
 ibi erat, furentem populum, per suos  
 milites ab armis posset reuocare; & ec-  
 ce beatus Patriarcha cum suis armis,  
 puta, oratione ad CRUCIFIXVM, & CRU-  
 CE lignea in Scipione erecta, accurrens  
 ad locum diriectamini, confidenter-  
 que Cruciterum suum baculum in al-  
 tum attollens farentibus se obiecit, pa-  
 cem vt inirent, hortatus est, effecitque  
 vt sese inuicem oscularentur. Quo factum  
 vt tam exitiali tumultu; sine sanguinis  
 effusione sopito ciuitas tota restituta  
 pacis beneficio letaretur.

*Scipio  
 Crux su-  
 perne insi-  
 gnitus.*

Sic CRUCIFIXI maximus cultor Ma-  
 carius, relictis vbique, symbolæ loco,  
 ingentibus miraculis, quæ vnico suo  
 scipione dedit CRUCE insignito, venit  
 tandem Grandauum, in Flandria, quam  
 cum dirissima lues popularetur, sese,  
 cum gemino socio, vicariam vrbis vi-  
 sitam, illum respiciens, qui orbis fue-  
 rat, estque etiamnum Hostia salutaris,  
 obiecit morti. A morte geminum cir-  
 culum cæli ostenderunt, & CRUCEM  
 in altero, vt agnoscerent mortales quo  
 CRUX scipio Macarium abduxisset, &  
 quod nos possit perducere, VITA



Vita S. Macarij scripta iussu Sigeri Abba-  
 tis, Surin x. April. Harau, Lippelo,  
 Gradius Baronius in Not. Martyrol. Ro-  
 mani ex tomo xi. Annal Eccl. Mattheus  
 Raderus in Bavaria Sancta, Fasts Ma-  
 riani.

X.

AMATOR CRUCIFIXI

Passionis Dominicae memoriam, ac medi-  
 tationem praefert, ob fructus multiplices,  
 alijs quibuscumque mentis de-  
 uota exercitationibus.

**V**TILIS est psalmodia, utilis aliarum  
 Scripturarum ruminatio: utilis crea-  
 turarum consideratio, si ad ipsum Crea-  
 torem referantur: utiles sunt quaeuis o-  
 rationes, hymnodicae, gratiarum actio-  
 nes, & meditationes sanctae: utilissima  
 autem & vnicè necessariam Humanita-  
 tatis Christi, & maxime Sacratissimae  
 PASSIONIS eius MEMORIAM omnes  
 afferunt; idque merito. Siquidem

PASSIO IESU CHRISTI eiusque me-  
 moria ac meditatio est praesens no-  
 strarum passionum & affectionum in-  
 ordinatarum exterminatio, opportu-  
 num tentationum refugium, cura peri-  
 culorum securitas; in aere angustiarum

90.  
 Vtilitas  
 exercita-  
 tionum  
 spiritalium.

Vtilitas  
 meditatio-  
 nis Passio-  
 nis D.

refri-



136 CHRISTVS CRVCFIXVS.

refrigerium, amica laborum requies,  
facilis distractionum repressio, verum  
Sanctitatis ostium, vnicas contempla-  
tionis aditus, dulcis animæ consolatio,  
indeficiens amoris diuini incendium,  
omnium aduersitatum condimentum,  
omnium virtutum fons, vnde ad nos  
deriuentur; denique totius perfectio-  
nis absolutissimum exemplar, portus,  
spes, fiducia, meritum, & SALVS om-  
nium Christianorum.

*Ludouicus Blosius in Speculo Monacho-  
rum seu, Instructione vita ascetica.*

---

DECAS VI.

---

I.

AMATOR CRVCFIXI

*ut iugis sit Christi Passi apud se memoria,  
net obruatur multitidine copiosissima ma-  
teria; diuidit mysteria Passionis Do-  
minica recogitanda in varios  
dies.*

31.  
L. BLO-  
SIUS.

**F**RATREM noui, scribit Abbas Ludo-  
uicus Blosius n. (qui de se, sub alte-  
rius persona agere putatur) cuius con-  
suetudo fuit, singulis diebus sibi aliquã  
PASSIONIS DOMINICÆ partem præfi-  
gere, Exempli gratia: Vno die propo-  
nebas



debat ante mentis oculos CHRISTVM *Methodus*  
 in Horto Gethsemani constitutum. Et *diuidendi*  
 eo die quocumque progrediebatur, *Mysteria*  
 bicumque erat vacans ab alia seria ne- *Passionis*  
 cessariaque cogitatione, quicquid age- *in varios*  
 bat externis, oculum interiorem diri- *dies.*  
 gere satagebat ad ipsum Dominum,  
 diuersas angustias in Horto sustinen-  
 tem. Sæpè autem in hunc ferè modum  
 alloquebatur animam suam:

O Anima mea! ecce DEVS tuus! Re- *Aspiratio-*  
 spice, filia, attende, vide, & considera caris- *nes ad*  
 sima: Ecce DEVS tuus, ecce Creator tuus, *Christum*  
 ecce Pater tuus: ecce Redemptor & Sal- *patientè*  
 uator tuus: ecce refugium tuum, susce-  
 ptor, & protector tuus: ecce spes, fiducia, for-  
 titudo, & salus tua: ecce sanctificatio, puri-  
 tas, & perfectio tua: ecce adiutorium, meri-  
 tum & primum tuum: ecce tranquillitas,  
 consolatio, & suauitas tua: ecce gaudiu  
 tuum; aelicia tua; & vita tua: ecce lux, co-  
 rona & gloria tua: ecce amor tuus, & deside-  
 riu tuu: ecce thesaurus tuus: & omne bonu  
 tuum: ecce principium tuum & finis tuus.

Vsquequò dispergeris filia vaga? Vsque *Ieremias*  
 quo relinques lucem & amabis tenebras? *XXXI.*  
 vsquequò pacem deseres, & inuolueris tur-  
 bulentijs? Reuertere, reuertere Sunamitis, *Cantic. 2.*  
 reuertere filia, redi, & recollige te cariss. *Cant. 5.*  
 ma: relinque multa & amplectere vnum.



138 CHRISTVS CRUCIFIXVS

*Luc. 10.*

*nam unum est tibi necessarium. Mane cum Domino tuo; constituere te iuxta DEVM tuum; noli recedere à Magistro tuo. Sede sub umbra eius, quem diligis, ut gusturi tuo dulcescat fructus illius.*

*Cant. 2.*

*Bonum est tibi hic esse filiam huc hostium non appropinquat; hic insidia nulla, nullum periculum, nulla tenebra. Omnia hic iusta, omnia serena sunt. Reside hic libenter carissima. Eris enim hic secura & libera; & tu hilars & iucunda. Hic rosa, hic lilia, hic viola, hic flores omnium virtutum gratanter aspirant. Videbis hic splendorem & niuersa suaviter irradiantem; inuenies hic veram consolationem; inuenies hic veram pacem & requiem; inuenies denique hic OMNE BONVM.*

*Praxis in  
aspiratio-  
nibus va-  
riandis.*

*Huiusmodi sententiolis & acriter & dulciter perurgebat animam suam, eamque foris vacantem reuocabat intro, & SYMMO BONO intendere cogebat. Et ipsis eisdem sententiolis aliquando plures aliquando pauciores, aliquando vnam, aliquando duas, aliquando tres secundum suae deuotionis affectum, & Spiritus Sancti beneplacitum assumebat; quin etiam easdem saepius iterabat, & repetebat.*

*Praxis ex-  
ortandi se  
ad aman-  
dum colē-  
dumq;  
Crucifixi.*

*ITEM animae suae ingererat illas, quae Saluator in Horto pro ipsa fecit & passus*



passus est: eam interim excitans, nunc ad pensandam ipsius Saluatoris abyssalem humilitatem, mansuetudinem, patientiam, & feruentissimam, incomprehensibilemque caritatem: nunc ad exhibendam compassionem eidem summæ Maiestatis Domino, sic inclinato & afflicto: nunc ad gratias pro tantis beneficijs, & tanta pietate agendas: nunc ad amorem fideliter rependendū: nunc ad peccatorum veniam petendā: nunc ad hanc vel illam gratiam postulandam.

Sermonem crebrō in affectuosas feruidasque adspiraciones conuertebat, *Aspiraciones ad eū-* has vel similes. *nes ad eū-* *anima mea!* quando dem finem parata eris sequi humilitatem Domini perutilis tuis? Quando mansuetudinem eius imitaberis? Quando patientia ipsius exemplum in te reuicebis? Quando melius habebis? Quando prorsus liberaberis à passionibus & afflictionibus vitiosis? Quando penitus morietur in te omne molim? Quando omnis inordinatio in te delebitur? Quando omnem tribulationem & tentationem placide affectuoseque portabis?

Quando perfecte diliges DEVM tuum? Quando illum intime amplecteris? Quando ab eius amore tota absorberis? Quando eris pura, simplex & nuda coram



140 CHRISTVS CRVCIFIXVS

eo? Quando nullo amplius impedimento ab eius castissimo complexu retardaberis? O si immaculata esses! O si DEVM tuum ardentius diligeres! O si SUMMO BONO tuo inseparabiliter adhaereres.

*Ordine  
reogita-  
tur Passio.*

His alijsque generis eiusdem aspirationibus diem illum exigebat. Die altero praefigebat sibi, quomodo Christus à Iuda proditus capiebatur, & circa id ipsum praedicta exercitia deuotionis iterabat. Sic autem ex ordine PASSIONEM consummabat, & consummatam resumebat ab initio.

*Passionis  
meditatio  
figitur in  
Christo*

*Crucifixo.*

Et quidem circa eam partem PASSIONIS quae CHRISTVM in CRUCE pedentem repraesentat, non solum suo ordine & die verum etiam iugulis diebus, si hic placebat, saltem breuiter occupabatur, attendens angustias liuores & dolores CRVCIFIXI; considerans VULNERA beatissima & Sacrosanctum SANGVINEM, ex eis, tanquam è fontibus promanantem; excitansque animam suam ad horum sedulam contemplationem.

*Solennitates  
Domini*

*& Domini  
nae quas  
meditationes  
exigunt.*

IN quavis solennitate Saluatoris, aut MARIAE, repraesentationem ipsius festi, si ita videbatur, proponebat ante mentis oculos, loco patris DOMINICAE PASSIONIS, quae alioqui illo die fuerat frequen-



frequentanda: & sua exercitia interna, seu amicas cum anima confabulationes circa eiusdem festi opus, causam, mysterium transigebat.

ADDIT tandem fructum multiplicem huius CRUCIFIXO gratissimæ exercitationis. Satis scio, quia idem ipse Frater ex continuata frequentia huius Sanctæ & x̄h̄otus grandem consolationem & eximium laboris fructum consequutus est. Adscripsi exemplum: tu, si libet, imitare. Nam hac ratione, sensus sobrios, vigiles, exercitatos, & serenos habere incipies: hac ratione viâ ad sublimitatem summæ contemplationis, & perfectionis tibi sternes: hac ratione tempus ubicumque fueris, vtiliter expendes: utpote, vanis & instabilibus cogitationibus è cordis tui latibulo eliminatis, terijsque introductis.

*Fructus ex  
Christo  
Crucifixo  
recogitato.*

- a. In instructione vita ascetica, seu speculo Monachorum, diuisione lv p. 658. Hanc vtilem & illustrem praxim pietatis in aspirationibus circa Passionem Domini N. proponit velut exemplar omnibus deuotionis Amatoribus Antonius Molina Tract. 1. de Oratione cap. 17. §. 2.



II,

## AMATOR CRUCIFIXI

*ad honorem Passionis Dominica silentium  
sibi indicis aliquot diebus, praesertim  
in hebdomada Sancta.*

§2.

IOANNA  
Lusitania  
Princeps.

IOANNA Lusitaniae Princeps Regis  
Alphonsi V. filia, per maiorem hebdo-  
madam totam silentij fuit admodum  
tenax; adeo, ut vix circa ea, quae neces-  
saria existimari poterant, verbum pro-  
ferret: postremo autem triduo, ne ver-  
bum quidem.

Silentium  
ad honorem  
Crucifixi.

In Socie-  
tate IESV.

Silentium autem, idque rigidissimum  
in hebdomada penosa ad veneratio-  
nem CRUCIFIXI spectat: cui merito tunc  
occinitur tacite, quod est in Psalmo  
LXIV. *a. Te decet hymnus* (Hebraice  
est Silentium) *DEVS in Sion.* Quare in  
Societate IESV praescribitur, *b. ut ea se-  
ptimana, a feria quarta, post decanta-  
tas tenebras, usque in feriam sextam in-  
clusivè, in DOMINICA PASSIONIS ve-  
nerationem, ab omni recreatione (quae  
apud nos consistit in silentij relaxatio-  
ne, ac honesta & religiosa colloquu-  
tione) abstinetur.* Silentium autem ta-  
le index est maestitiae, doloris, compas-  
sionis,



tionis, & coram CRUCIFIXO stuporis,  
ac reuerentia Dno debita.

a. Psal LXIV 1. b. In congregatione Ge-  
nerali VII. Canone VIII. Decr. 45.

III.

AMATOR CRUCIFIXI

*proposito sibi gaudio sustinet Crucem,  
confusione contempta.*

530

**F**Xemplo Saluatoris IESV, de quo id  
pronunciat Paulus Apostolus ad  
Hebraeos XII. a. Siquidem cum ei libe-  
rum esset, quippe Dno, manere in  
propria gloria ac Diuinitate, maluit  
tamen pro nobis homo fieri, & CRUCI-  
FIGI; sicque loco ac vice gaudij sibi pro-  
positi elegit CRUCEM. Hic contem-  
platur Rupertus Abbas, b. mentem  
ad altissima & inscrutabilia Dei con-  
silia erigens, quomodo Pater aeter-  
nus, Christo in primo Incarnatio-  
nis momento proposuerit optionem  
GAVDII & CRUCIS, ita vis  
vellet Christus posset gaudens, de-  
licians & triumphans salutem adfer-  
re mundo: Christum verò, prae  
gaudio hoc sibi proposito, amplexum  
esse

B. RV-  
PERTVS  
ABBAS.

*Electio  
Crucis se-  
cundum Chri-  
sto.*



esse CRUCEM. Et elegisse per eam exitu-  
stiria satisfacere DEO Patri pro peccatis  
hominum; atque mereri; non autē gra-  
tis accipere, tum gloriam nominis &  
corporis sui, tum salutem generis hu-  
mani.

*Optionis  
libertas.*

Quamuis enim DEVS ab æterno de-  
creuisset, Christum PATI & CRVCFI-  
GI, potuit tamen id fieri, præsupposita  
libera electione Christi à DEO sub con-  
ditione præuisa. Ponamus, quia nullum  
secum trahit inconueniens, præuidisse  
DEVM, quod si Christo homini optio-  
nem gaudij & CRUCIS proponeret, in-  
dicans gratus sibi fore, si Christus eli-  
geret CRUCEM potius, quàm gaudium,  
& ad hanc electionem congrua atque  
efficaci gratia eum incitaret, & impel-  
leret, Christum liberè electurum fore  
CRUCEM præ gaudio. Tum verò ab æ-  
ternitate decreuisse DEVM ab æterno  
Christus pateretur; in tempore autem  
gratiam congruam suppeditasse, quæ  
decreto diuino se subderet, eligeretque  
CRUCEM præ gaudio.

*Electio A-  
matoris  
Crucifixi.*

Hoc dum imitatur Amator  
FIXI, proposita sibi laude, et  
miniam, proposita dignitate, eligit  
iectionem, proposita voluptate, eligit  
dolorem, proposito applausu eligit  
fusione



fusionem; proposita approbatione, eligit contradictionem.

a. Hebra. xii. 2. b. Legendus ibi Ribera, Justinianus, Vasquez, Cornelius.

IV.

AMATOR CRUCIFIXI

imitatione Domini sui, propter gaudium & gloriam inde sequuturam sustinentis Crucem, gaudenter Crucem amplectitur, proposito sibi eius premio.

§ 40

QVOD de CHRISTO Domino dicit Apostolus, proposito sibi gaudio sustinuit CRUCEM, a. haud malè exponunt præclari Interpretes, b. ut significet, gaudium illud Christo fuisse propositum, tanquam præmium CRUCIS, atque ita sustinuisse CRUCEM, ut mereretur & assequeretur gaudium, quod Pater illi proposuit, tum per se, tum per Angelum, qui CHRISTVM initio PASSIONIS in agonia constitutum, cum in Horto supplicaret, confortavit.

Gaudium est præmium Crucis.

Is enim Christo in parte inferiori, qua à parte superiori derelicta erat & in Christo, exposita dolori ac passioni, non interiori in phantasia, sed exteriori voce corporali

Derelictio in Christo.

G propo-



146 CHRISTVS CRVCFIXVS

proponebat gaudium ex CRUCE sequu-  
turum: nempe, Resurrectionem & glo-  
riam corporis æquè ac nominis sui, &  
salutem hominum, qui CHRISTVM  
CRVCFIXVM, VE SALVATOREM agno-  
scerent, colerent, adorarent, templa illi  
erigerent, Sacerdotes constituerent, &  
CRVCFIXI nomen toto orbe circum-  
ferrent ac celebrarent. Itaque propter  
hoc gaudium sibi propositum, sustinuit  
CRUCEM, confusione contemptâ.

*Gaudium,  
& Exal-  
tatio ex  
Passione.*

*Apostoli  
Martyres  
Religiosi  
Crucem  
complexan-  
tur.*

Sic exemplo Christi, Apostoli, Mar-  
tyres, Confessores, Virgines, proposito  
sibi gaudio, propter sequuturam inde  
læticiam, propter victoriam & coronâ,  
propter fructum sempiternum ample-  
xati sunt CRUCEM, confusione præsen-  
ti contemptâ. Sic Miles, proposita sibi  
victoria, vt præmio, acerrimè dimicat  
sic agricola proposito sibi denario diu-  
no alacriter laborat: sic Viator proposita  
mercede iter suum constanter peragit.

a. Hebraeor. xii. 3. b. Theodoretus & alij  
quem sensum simpliciozem, planiorem  
germaniozem, & significantiorem prius  
existimat Cornelius. Sed superiorem m-  
gis probans alij.



V.

## AMATOR CRUCIFIXI

*ut Pictor ingeniosus, conatur in se exprimere  
 imaginem sui Dilecti, aspiciendo fre-  
 quenter Crucifixum, velus  
 prototypum.*

SS.

**A**D hoc hortatur Paulus Apostolus  
 a. exstimulans Hebræos ad constā-  
 tiam in agone, ad quod plurimum con-  
 ducere docet, si aspiciant in auctorem si-  
 de i, & consummatorem IESVM, qui pro-  
 posito sibi gaudio sustinuit CRUCEM. Ille  
 enim est absolutissimum exemplar be-  
 nè certantis ac currentis.

CRUCI-  
 FIXVS.  
*exemplar  
 perfectissi-  
 mum.*

Alludit autem Doctor Gentium, ut *Pictoris*  
 commentatur S. Chrysostronus ad pi-  
 ctiores, qui ut ex prototypo paragogū,  
 ex exemplari imaginem expriment,  
 prototypum ipsam, siue exemplar sæpe  
 intuentur & respiciunt. Quasi velit, ut  
 quicumque est feruens Amator CRU-  
 CIFI XI, pictorem agat, & quidem in ta-  
 bulâ animæ, per considerationes & af-  
 fectus pios, multo autem maximè per  
 virtutum imitationem, in tabulâ au-  
 tem corporis, per omnium membro-  
 rû moderationem & honestam cõposi-  
 tionē, nec non per voluntarias afflictio-  
 nes, vexationesq; CHRISTI PATIENTIS

G 2

&amp;



& CRVCIFIXI effigiem depingat, sicque illum, velut prototypum pe fecitissimè repræsentet.

CRVCIFIXVS  
exemplar.  
I.  
Fidei.

Dicere videtur Paulus, O Amator CRVCIFIXI! propono tibi exemplar fidei, quæ in te est, aut esse debet, cū credere debeas futura bona certoque tibi persuadere res sperandas & non apparentes, quarum fides est substantia & argumentum, id quod Christus per altiore[m] illam scientiam, quæ in sola dicitur, habuit, & ut tu certissimè crederes tota vita laboravit: & cursum fidei primus feliciter consummauit, resque speratas & promissas à Deo, per PASSIONEM & CRUCEM accepit, honoratus, exaltatus, celebratus, ac æternum celebrandus.

II.  
Humilitatis.

Propono tibi eundem, ut exemplar humilitatis, patientiæ, ac constantiæ, cura, ut in illud assidue intuens, eius

III.  
Patientia.

demissionem, mansuetudinem, tolerantiam, perseuerantiamque, in te peniculo

IV.  
Perseuerantia.

lo imitationis exprimas.

CRVCIFIXVS cōtemp<sup>ta</sup> terrenorū.

O Amator CRVCIFIXI! b Omnia bona terrena contempnit CHRISTVS, ut contemnenda esse monstraret: omnia terrena mala sustinuit, toto vitæ mortalitatis tempore, sed ultimo potissimum usque ad mortem, mortem autem CRVCIFIXVS



cis, quæ sustinenda præcipiebar; vt ne-  
que illis quæreretur felicitas, neque in  
istis infelicitas timeretur.

Natus de Matre, quæ semper Virgo  
permanst, fabro tamen desponsata o-  
mnem typhum carnalis nobilitatis ex-  
rinxit. Natus in Bethleem, quæ inter o-  
mnes Iudææ ciuitates exigua erat, no-  
luit quemquam de cuiusquam terrenæ  
ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper  
etiam factus est, cuius sunt omnia, ne  
quisquam cum in eum crederet, de ter-  
renis diuitijs auderet extolli. Nolu-  
it Rex ab hominibus fieri, qui humilitate  
ostendebat viam ad DVM miseris  
quos ab eo superbia separauerat, quam-  
uis sempiternum eius regnum vniuersa  
creatura testetur.

Esuriuit, qui omnes pascit: sitiuit si-  
cientium fons: fatigatus est itinere ter-  
restri, qui seipsum nobis viam fecit in  
caelum: velut obmutuit, & obsurduit  
coram conuiciantibus: vinctus est, fla-  
gellatus est, CRUCIFIXVS est, mortuus  
est: sed & resurrexit, nunquam mortu-  
us; ne ab illo quisquam sic disceret  
mortem contemnere, quasi nunquam  
futurus. Inspice & fac secundum Ex-  
EMPLAR, quod tibi in monte monstra-  
tum est.

*Christi  
humilia-  
tio.*

*Esuriit.*

*Sitiit.*

*Fatigatur.*



150 CHRISTVS CRVCIFIXVS

a. Hebraeos XII. 3. b. S. Augustin. de ciuitate  
di. chizan. rud. c. Exodi XXV. 40.

VI.

AMATOR CRVCIFIXI

respicit, & accipit Crucem, ut Arrham  
Sponsalitiã, calius ab Amatore sue  
sibi missam.

§ 6.

Sponsali-  
tia munera.

Arrha.

**C**VM agitur de ineundo matrimonio  
mittitur sponsæ donum, illi gratæ,  
velut signum & symbolum complendi  
contractus matrimonialis; quod inter  
sponsalia munera numeratur, arrhas vo-  
cant leges de nuptijs; quæ locum etiam  
habent in nuptijs spiritualibus; & matri-  
monio allegorico inter Virginem Cas-  
tam, & castitatis sibi voto oblata, sicut  
matræque amatorem CHRISTVM; inter  
DEVM quoque, & animam illi iustitiam  
desponsatam.

CRUX  
Arrha.

CRVCIFIXVS si quam habet nuptijs  
suas ambientem Animam, qualis esse  
debet cuiuslibet Amatoris sui sincerum  
CRUCEM illi mittit, ceu munus spon-  
sali-  
litium, nec putat alio subarrhandum  
dono, cum hoc sit pretiosissimum,  
debeat esse Sponsæ CRVCIFIXI grati-  
simum.



FUIT sanè Virgini nobilissimæ LAN- B. LAN-  
 DRADÆ, quæ genus suum è Princi- DRADÆ  
 pum Gallorum stemmate ducebat.  
 Hanc, postquam exactis pueritiæ an-  
 nis, parentes nuptui tradere vellent,  
 Virginitatem vni Agno cœlesti in-  
 etam seruare illa constituit, de quo ran-  
 ta grauitate apud eos perorauit, vt pa-  
 rentibus penè persuaserit continentiam  
 perpetuam.

Dehinc, spretis omnibus, & vnius *Continentiæ*  
 cellulæ clausa angustijs, Paradisi per- *tiâ colit.*  
 fruebatur latitudine, delicijs affluens  
 cœlestibus: eodem solo orans, & recu-  
 bans, nec alio in triclinio, pane sicco &  
 aqua magis prouocans, quam restin-  
 guens sitim & esuriē. Cilicio obuoluta *Cella in-*  
 in nuda humo *CAVCIXI* Amatrix ex- *cluditur.*  
 ercebatur, etiam febrî cum æstuarer.  
 Nec putauit Dilecto suo satisfactum  
 hac austeritate, nisi eremum pereret: ad *Eremum*  
 quam inuitis parentibus ac reclamante *perit.*  
 familia, comitibus Angelis se contulit,  
 & in saltu, qui à feritate inhabitantium  
 belluaram, Bellua dicebatur, postea  
 Belysia, quasi Bona Elysia, appellata,  
 substitit.

Ibi *CAVCIS* erecto vexillo, tugurio- *Tuguriolâ*  
 lum suis ipsa manibus extruxit, in *extruxit,*  
 quo vigilabat, orabat, lacrymabatur. Et



ecce quadam nocte cum staret oculis  
in cælum cōtectis, mirifici operis CRVC  
comitante lumine delabitur, & Lan-  
drada, quæ iam mundo CRVCIFIXA e-  
rat pro munere offertur. Paranymp<sup>hi</sup>  
fuerunt Angeli boni, quorum istud car-  
men, Accipe Landrada, hoc ab immor-  
tali Sponso mnemosynon, & pignus  
nuptiale. Ipse tibi CRUCEM mittit Spon-  
salia, qui in CRUCE moriens restaura-  
uit omnia.

*Paranymp-  
phi Anglo-  
li.*

*Desponsa-  
tur Cruci-  
fixo.*

*Erigit  
Templum  
Alearo.  
Gynacei.*

Gauisa Virgo tam nobili dono, obli-  
ta penè sexus, aggreditur proprijs ma-  
nibus vepres & spinas extirpare, hu-  
mum sarrire, lapides effodere & com-  
portare, lineam ducere, fundamenta iac-  
cere, aram in loco à CRUCE destinato  
erigere, aræ templum adiungere, tem-  
plo gynæceum addere, in eo se suaque  
CRUCIFIXO in Sponsam offerre, insepa-  
rabiliter cum illo victura, nec in morte  
à CRUCE auellenda.

*Theodoricus Abbas. Ioannes Molanus in  
Natalibus & Indiculo SS: Belgij Surius  
8. Iulij. Franciscus Haraus, Crasius,  
Fasti Mariani. Vixit Anno Christi  
DC. XLIX.*



## VII.

## AMATOR CRUCIFIXI

*eligit locum sepultura à Cruce indicatum,  
signatumque.*

57.

**L**ANDRADA, quam inter CRUCIFIXI  
Amatrices proximè locauimus in- **B. LAN-**  
stabat dies præmij post longam carnis **DRADA,**  
& spiritus luctam, quare ad illam se  
parabat diligenter ad CRUCIFIXI bene-  
placitum. Incidit itaque in lectum ægri-  
tudinis, inq; eo patiēter multa toleran-  
do, quodcumque illud esset, fænum, *In morbo*  
stipulam & similia, quæ liberum exitū *exercitia-*  
impedire solent, iugi doloris igne de- *tiones piæ*  
coquebat. Siccabatur caro, exhaurieba-  
tur sanguis, cùm tamen nihil de psal-  
mis, nihil sibi omninò remitteret de ie-  
iunijs. Circumstabant morientem ma-  
trem sanctarum Virginum cœtus, qui-  
bus vltimò valedicens, lætabunda ad *Morituræ*  
Sponsum euolauit.

**C**VM ageretur autem de sepultura *Apparet*  
loco, spectandam se dedit S. Lamberto *S. Lamberto.*  
Episcopo, cui tumulum eo in loco se  
velle significauit, in quem delapsa pri-  
mum CRUX salutis suæ arrha foret: in lo- *Locum se-*  
co à CRUCE signato, sacratoque nec alio *putura*  
quietem membris lassis optare, vsque in *designat.*  
G s diem,



154 CHRISTVS CRVCIFIXVS

diem, qua Domino sic visum fuerit.

*Consentio  
populi.*

Obstabat præsens populi turba, intercedebant domestici; & sanctimoniales maximè. Hic aiebant Episcopo, visum mandatumque Virginis referenti, hic fuit consecrata, hic per eam adoleuit Sanctarum Virginum cœtus, hic cæcos illuminauit, hic claudos erexit, hic Antistitem egit: non est boni pastoris oues velle spoliare. Itaque in Ecclesia corpus Virginis sepeliunt, Lamberto permittente, quod impedire non poterat.

*Sedatur.*

Qui post ieiunium triduanum, & preces continuas, concione aduocatâ, iussit, vt tecum spectarent quem sibi locum ad quietem CRVCIS Amatrix elegerat. Itur ad templum, aperitur terra, locus reperitur vacuus, sine corpore, sine tumba. pergitur deinde ad fundum à CRUCE signatum & inessum, vbi effossa humo Virginis Sanctæ exuias cū ipso sarcophago reperiunt, eo modo compositas, vt non dubitarent Angelorum ministerio id esse factum. Nimirum, boni illi Spiritus non refugiant vespilonum munus, vt desiderijs Amatorum CRVCIFIXI satisfaciant,

*Molanus, Surinus, Haranus.*



## VIII.

## AMATOR CRUCIFIXI

*si Rex sit, aut Dux exercitus, non congregatur cum hostibus, nisi prius cum suis militibus, ante Crucem genibus flexis Crucifixum adorarit.*

**O**SVVALDVS Anglorum Rex, cum **S. OS-**  
 contra infandi Britonum Ducis im- **VVALDVS**  
 mentas copias cum paruo admodum **Anglorum**  
 exercitu præliaturus in locum, qui lin- **Rex.**  
 guâ Anglorum Denises burna, id est,  
 riuus Denisi dicitur descendisset, iussit  
 opere citato **CRUCEM** fieri, quam suis  
 ipse manibus in foueam demisit, atque  
 vtraque manu erectam tenuit, donec  
 aggesta à militibus terra, cespice, ac la-  
 pidibus firmaretur.

Quo facto, elata in alium voce, ad **Milites**  
 milites suos conuersus proclamauit, vt **impellit**  
 omnes flexis secum genibus, **DEVM** **ad Crucis**  
**Omnipotentem** in auxilium aduoca- **adoratio-**  
 rent, rogarentque suppliciter, vt ab ho- **nem.**  
 ste ferocissimo, & iniqua bella molien-  
 te victoriam reportarent. Feecerunt  
 omnes, vt Rex mandarar: moxque ar-  
 reptis armis in hostem progressi, iuxta  
 meritum suæ fidei, per **CRUCEM**, virtu-  
 te **CRUCIFIXI** victoria potiti sunt.



*Sanitatem  
operatio  
per Crucē.* IN eo autem loco honoratæ CRVCIS  
innumeræ virtutes sanitatum noscun-  
tur esse patratae. Et vsque hodie vt scri-  
bit Venerabilis Beda de ipso ligno Sa-  
cro sanctæ CRVCIS assulas exsciudere  
solent, quibus in aquas missis, potu e-  
iusdem aquæ, tam pecora, quàm homi-  
nes languentes sanitatem consequun-  
tur.

*Fiducia  
Regis in  
Crucifixū.* Magnam profectò fiduciam habuit  
in CRVCIFIXO Osvaldus, qui pugna-  
turus contra tam copiosum hostium  
exercitum, cum tam parua suorū ma-  
nu, trophæum ausus est ante victoriam  
ponere CRUCEM. Quod optimè illi ces-  
sit; nam in CRUCE adorasse CRVCIFI-  
XVM vicisse fuit. Imitentur belli Duces  
Catholici, & in hoc SIGNO vincant.

*Beda lib. 3. hist. Anglor. ex quo Baronius  
tom. 8. Annal. Surius, Haraus, Lippelo,  
Grasius, Fasti Mariani, V. Augusti. Oc-  
ciscus est Anno DC. XLII.*

## IX.

## AMATOR CRVCIFIXI

39. accipit diuinitus in vertice Crucis  
signaculum.

S. HUMBERTVS. TEMPORIBVS Childerici Regis Frā-  
corum floruit S. Humbertus, ex  
claris



claris Francorum proceribus, patre Eura-  
rardo, matre Popita natus. Hic à tene-  
ris annis egregia futuræ sanctitatis de-  
dit indicia, adeò, vt parentes mundana-  
rum fastidio rerum laborantem, Lau-  
duni, viris peritissimis tradiderint factis  
litteris imbuendum. Ex quibus ille pie-  
tatem hausit, & amorem in CRUCIFI-  
XVM, quem per regiam CRVCIS viam  
sequi proponens, monasterium est in-  
gressus. Vbi cum crucifixisset membra *Monachus*  
sua cum vitijs & concupiscentijs, cum  
bona Antistitis venia Romam profe-  
ctus est peregrinantis habitu.

Ibi cum in Oratorio B. Petri oratio- *Signatus*  
ni diu incumberet, Angelus ei de cælo *Cruce in*  
astitit, & super verticem illius SIGNVM *vertice.*  
Dominicæ CRVCIS expressit, multis fi-  
delibus hoc cernentibus. Cum autem  
visendi desiderio B. Amandum ad Gal-  
lias properaret, Angelus Amando adsi-  
stens, dixit: noueris dilectum Domini  
Humbertum te visitatum aduenire: cui  
tu occurrens, contemplare cuius SI-  
GNVM gesteris in capite, & illius hostiam *Victimes*  
eum fore scias: nimirum CRUCIFIXI, *Crucifixi.*  
cuius est victima feruens eius Amator.  
*Surius, Lippelo, Haraus, Grasius, VI. Se-  
ptembris.*



X.

## AMATOR CRVCIFIXI

iubetur memor esse Passionis Dominicae statim à suscepto Baptismi Sacramento.

60.

*Vestis candida vocēs  
baptizatorum.*

**B**APTIZATI induuntur veste candida; secundum antiquissimam in Ecclesia consuetudinem; cuius meminit S. Dionysius Areopagita lib. de Ecclesiastica Hierarchia cap. de Baptismo, S. Ambrosius lib. de ijs, qui mysterijs initiantur, cap. 7. S. Augustinus sermone 157 de tempore, qui est primus in Octava Paschatis, siue Dominica in Albis. Vestis autem candida renatorum per Baptismum significat, I. candorem; introductum in animam per aquam sacramentalem abluentem ab omni peccatorum labe. II. Mysterium Resurrectionis gloriosæ, in qua indumendo nitoris Angelici vestientur Beati. *Data sunt illis singula stola alba,* inquit S. Ioannes Apocalypsis vi. III. Secundum Rhabanum, interioris & exterioris hominis castitatem, innocentiam, & puritatem Christianam, quam post ablutas veteres maculas studiosè seruare debet sanctitatis Sacramento dealbatus, iuxta illud. *Omni tempore vestimenta tua sint candida, Eccles. ix.*

QVO



QVONIAM autem hæc omnia fiunt *Fimbriae*  
 VI virtuteque CRVCIS, SANGVINIS, ac *purpureae*.  
 PASSIONIS CHRISTI, mos viget ali-  
 cubi, b. vt alba vestis linea baptizato-  
 rum in summitate assutam habeat fim-  
 briam rubram, aut filum purpureum,  
 quo repræsentetur Domini Passio, &  
 signatè sanguis ille purpureus, per  
 quem Baptismi Sacramentum vitam  
 confert, & puritatem, dealbatione factâ  
 in sanguine Agni immaculati. Monen-  
 tur igitur baptizati eo signo, si animi  
 candorem, innocentiam, castitatem-  
 que internam & externam custodire  
 velint, vt Passionis CHRISTI iugiter  
 sint memores: & sciant non nisi gratia  
 CRUCIFIXI Domini à se peccati fœdi-  
 tatem ablâtam, & super niuem per San-  
 guinem AGNI se dealbatos esse.

a. *Guilielmus Durand. in Rationali Offi-  
 cior. diuinor. lib. 6. cap. 81. b. In pro-  
 uincia Narbonensi alba vestis linea in  
 summitate cum filo rubro supersuitur:  
 hac autem rubra fimbria Christi Passio-  
 nem per quam Baptismi Sacramentum  
 impletur, designat. Ita ille. Legendus Io-  
 sephus Vicecomes in Observationibus Ec-  
 clesiasticis lib. 5. cap. 51. de ritibus Ba-  
 ptismi.*



I.

## AMATOR CRVCFIXI

*si templum alicubi non inuenit, erigit ex-  
templo Crucem, & circulo circumscribit,  
ut in eo, tanquam sat magno templo,  
ipse cum suis preces fundat.*

61.

*Rex Sio-  
nius San-  
guimus.*

**A**N ita factum à Regibus duobus  
Sionio & Sanguimio? de quibus ita  
perscriptum fuit ad nos è Molucis, An-  
no M. D. LXVIII. Sionis Rex baptismo  
expiatus fuit à Iacobo Magalliano So-  
cio: pulsus ea propter à suis, Ternatem  
venit. Cum classe & Petro Mascarenia  
Socio reducitur in Regnum; & simul  
Christiana Religio in illud & in San-  
guimense, leui se cursu insinuat: Iam hi  
duo Reges CRUCEM è ligno ingentem  
comportant humeris, & in monte con-  
stituunt, solatio incolarum: ædis sacræ,  
quam apparabant, defectum illa sup-  
plebat.

*Littera Indica, & Iacobus Damianus in  
Synopsis Societatis. lib. 3. cap. 14.*



II.

AMATOR CRUCIFIXI

prostratis Crucis inimicus, perstat, virtute  
illius consistens.

Cauet ne iniuriam inferat, conspuendo  
Crucifixi effigiem, quod haud impunè  
facit impius.

62.

ANNO M. D. LXXXII. inter expedi-  
tiones Peruvianas, suscepta fuit vna *Regnum*  
à Patribus Societatis IESV ad Ingarum *Ingarum.*  
Regnum. Eam procurauit Rex ipse, pe-  
des bis Cuscum profectus ad Patres.  
Grauis causa impulerat. Nimirum, *Prodigiū*  
CHRISTI AFFIXI CRUCI Effigies, caput à Crucifi-  
dextrâ inclinatum conuerrens in ieuā, *xi effigie.*  
ac ipsum, Proceresque trecentos seuerè  
intuens. Sputum dextrorsum in eius  
faciē iecerat idololatra impudens. Pro-  
digium illud Ethnicos omnes terræ ad *Cōspuitur*  
tres horas affixit, Christianus effigiem *Crucifi-*  
CRUCIFIXI gestans, & IESVM afferens *xus.*  
DEVM perterritus solus incolumis.

Regi primâ peregrinatione Cuschū *Rex fidens*  
vsque progressu promissa tantū expedi- *Crucifixi*  
tio est. Dilatâ doluit, & acceleraturus, *docetur.*  
rursum cum filio ad Collegiū redijt. Ibi *amplecti-*  
iam senex in morbum labitur, & fidem *tur, mori-*  
CRUCIFIXI edoctus, baptismo tinctus, *tur.*

ani.



162 CHRISTVS CRUCIFIXVS

animam CHRISTO feliciter expirans  
transmisit. Expeditio deinde suscepta  
vtilis fuit indigenis, ex ijs multis ad  
CRUCIFIXVM conuersis.

*Historia Indica, Synopsis primi Seculi Socie-  
tatis Iacobi Damiani lib. 5. cap. 15.*

III.

AMATOR CRUCIFIXI

Quum Crucem gestat è collo, Crucifixi virtu-  
tes imitari conatur: aliqui parum istud  
solum prodest ad salutem eter-  
nam.

63.

*Crucos  
multige-  
stant in  
chorace  
pallio  
pileo.*

*Expeditio  
Mogorica.*

*Benedi-  
ctus Goes è  
milite  
Religio-  
sus.*

**M**ULTORVM id exemplis probatur,  
qui argenteis, aureis, gemmeis  
CRUCIBVS è collo pendentibus sunt il-  
lustres. Vnius hic pono absq; offensio-  
ne, quia alterius orbis, aut partis à nobis  
remotissimæ.

ANNO M. D. XCIV. Hieronymus Xa-  
uerius, & Patruī Francisci virtute &  
propriâ notus, simulque Emmanuel  
Pignerus Societatis IESV Patres profes-  
sti sunt ad Mogoricam expeditionem:  
quibus adiunctus fuit Benedictus Goes  
frater: antea miles; sed ad IESV Militiam  
Trauancore eiusdem lacteis Pueruli la-  
crymis adductus. Ante DEIPARÆ iconē  
fundebat preces, scelerū suorum veniā

ex.



exposcens; lacrymari cœpit Benedicti dolore Diuinus Puffio, collacrymari suo Benedictus, & ei se tradere ad eum tenere inuitanti. Cum Hieronymo & Pignero Lahorem Mogoriæ Metropolim quinto mense progressus, omnia inuenit, præter Regem, qui aduocarat.

Rex erat Echebar constanter incon- *Rex Echebar*  
stans, amicus, ut videri volebat, CRVCIS *bar incon-*  
& CRUCEM coleptium, ideoque ter- *stans.*  
tiam hanc expeditionem Mogoricam procurarat, sed solita in vitium procliuitate, infructuosam fecit Religionum omnium cupidus captator, nullius cultor obiit, præterquam Christianæ. Sed colebat, quam seruare nolebat, nisi suo arbitrari mitigatam. Eius rigorem aliarum laxitate mollire conabatur demens, & monstrum condere, vnâ præsertim polygamia foedum.

Paternæ filius inconstantia, ut Im- *Auream*  
perij, sic heres fuit, quamuis CRVCIS *Crucem*  
prædicatores, & Amatores CRVCIFIXI. *gestat pro-*  
Patres Socios obseruaret, & aureâ ipse *fanus.*  
e collo gestaret CRUCEM. Ad quid profuit absque vitâ CRVCIFIXI legibus conformi? ad damnationem maiorem.

*Littera Indica. Iacobus Damianus in Synopsi Societat. lib. 5. cap. 30. § 2. p. 287.*



## IV.

## AMATOR CRVCFIXI

*nec loquitur, nec cogitat de Passione Domini sine lacrymis & contritione.*

64.  
VIRGO  
Anony-  
ma.  
Anno cir-  
citer  
1226.  
Visio  
CRVCFI-  
XVS.  
Effectus  
visionis.

**V**IRGO quædam religiosa, licet adhuc in habitu seculari viram ageret, cum multis lacrymis retulit F. Gerlaco Monasterij Heisterbacensis Superiori, quod Salvatorem in Cruce pendentem cruentis Vulneribus videre sit solita. Nec minus, inquit, illum video, si passione & dolore vigente oculos clausero:

Tantum autem dicta Virgo profecerat ex visione istiusmodi, ut de Domini Passione, neque loqui posset, neque cogitare sine lacrymis & contritione. Nimirum, de amarissima PASSIONE Domini, quasi de fonte uberrimo torrentes, & flumina lacrymarum derivantur. Quod plurimorum exempla confirmant.

*Casarius lib. 8. historiar. memorabil.  
cap. 10.*



V.

## AMATOR CRUCIFIXI

quoties Passionis Dominica recordatur.  
toties lacrymatur.

65.

**D**ANIEL Ordinis Cisterciensis religiosus, Sacerdos, homo simplex & illustratus, vitæ satis duræ, orationibus & ieiunijs infatigabiliter operam dabat in Monasterio Hemmenrode. Is, quoniam Dominus inuenitur ab ijs, qui in simplicitate cordis quærunt illū, & apparet ijs, qui fidem habent in illum, vt dicitur Sapientiæ i. multas reuelationes habuit, multa vidit, sed pauca manifestauit; confessus est tamen tribus vicibus sibi Dominum apparuisse. Primò in CRUCE ante gradum presbyterij. Secundò, in candidis vestibus ante maius altare: Tertiò in igneâ formâ super altare.

Et autem, cum Saluator diceret: Daniel pete à me quod vis, & fiet tibi, ille respondit; Domine, sufficit mihi gratia tua: nihil aliud à Te peto, nisi tantū, vt lacrymas habere possim, quoties PASSIONIS tuæ fuero recordatur. Et Dominus: habeas tibi hanc gratiam. Ab

illa

DANIEL

Hemmen-  
radius.

Anno

1220.

Petitio la-  
crymarū.



166 CHRISTVS CRUCIFIXVS

illa horâ, quâdo de PASSIONE CHRISTI cogitare aut loqui cœpit, mox lacrymæ illi ex oculis eruperunt. An non is experientiâ didicit, quod CHRISTVS IESVS

Num. 20.

CRUCIFIXVS sit Silex ille limpidissimus, qui aquas in deficientes filijs Israëli mini-

1. Cor. 10.

stravit in deserto? Bibebant omnes de spiritali, consequente eos Petrâ: Petra autem erat CHRISTVS.

Casarius lib. 8 histor. memorab. cap. 10.

VI.

AMATOR CRUCIFIXI

compassione, quam habet erga Christum Crucifixum, scindit duritiam cordis:

unde lacrymarum profusio.

66.  
MOSES.

DE Mose legislatore canit Regius Vates: Percussit Petram & fluxerunt aqua: abierunt in sicco flumina Psalmo civ.

Typus Religiosi.

Moses, secundum sensum tropologicum, seu intellectum moralem, est AMATOR CRUCIFIXI, maximè si sit Religiosus, quem Regis filia, id est, Gratia diuina, misericorditer tulit de flumine vitæ voluptuariæ huius mundi, & secularis (Moses enim ex Hebraica origine, idem est, quod abstractus, aut tubductus de aquis.)

Amatoris Crucifixi.

Virga  
Mosis  
Cruce.

Petra, cordis est duritia: Virga, Crux Dominica: percussio, Passionis Christi recor.



recordatio: petrae scissio, cordis est cō-  
 punctio Bis Moses percussit silicem, & *Memoria*  
 tunc primum profudit aquam. Primus *Crucifixi.*  
 ictus pertinet ad Passionis Christi me- *Compas-*  
 moriam, secundus ad Passi compas- *sio.*  
 sionem. Iudæus Silicē semel percutit, quia  
 Christum Passum quandoque cogitat;  
 sed non compatitur, & ideo cor eius  
 scindi non potest ad lacrymas, quibus  
 abluat sua peccata.

Tu verò si cogitationi compasione  
 addideris, Petram bis percuties, & vix  
 esse poterit, quin cor tuum scindatur ad *Veraque*  
 compunctionem, & flumina lacrymarū *iungenda.*  
 inde erumpētia per oculos exeāt, atque  
 per maxillas decurrentia quasi in sicco  
 flumina etiā impetu suo terrā infundāt.

*Casarius lib. 8. histor. memorab. cap. 12.*

IV.

AMATRIX CRUCIFIXI

*Visione Christi Patientis in aula Caipha  
 ad amandum, colendum, imitandum-  
 que Crucifixum inflammatur.*

67.

**V**IRGO quædam, RICHMUNDIS NO. RICH-  
 mine habitu secularis, sed vitâ re- MUNDIS.  
 ligiosa valdè ac spiritualis, ieiunijs  
 & obsecrationibus semper vacabat,  
 mente



mente sapissimè excedens, ita ve cœli secretis interesset, & Cœli-Regem cum cœli ciuibus frequenter videret.

*Visio  
Christi  
Patientis.*

Hæc tempore quodam Dominicæ PASSIONIS, cum de ipsa meditando valdè contereretur, mente excedens, mox per Spiritum in domum quandam amplam & hyemalem rapta est, in quâ Saluatorem stantem vidit nudipedem, & quasi capriuum; & circa illum multitudinem Iudæorum. Stabat autem demisso vultu, sola tunica indutus, atque discinctus, manibus etiam demissis. Tunica eius flauum videbatur habere colorem. Et sicut ipsa deinde retulit, in diuersis angulis domus deni ac duodeni ad instar ciconiarum congregati susurrabant, de morte illius tractantes. Erat autem domus Summi Pontificis in qua acta sunt secundum historiam, quæ huic Ancillæ Dei ostensa spiritualiter, vt essent ad amandum magis Dominum pro se talia Passum stimulus.

*Iudæi in-  
star Cico-  
niarum.*

*Cæsarius historiar. memorab. lib. 8.  
cap. 9.*



VIII.

AMATOR CRUCIFIXI

*in amicum recipit, & osculatur inimicum capitalem. Ob quod honoratur à Crucifixi effigie.*

68.

CIRCA Ann. Christi MCC. in pro-  
 quinciâ Agrippinensi, Miles quidam *Anony-*  
 alterius cuiusdam militis patrem occi-  
 mus.

derat. Casu accidit, vt occisi filius oc-  
 ciforem caperet, quem cum in vltio-  
 nem patris extracto gladio, trucidare  
 vellet, ille pedibus eius prostratus, ait,  
 Rogo, Domine, per honorem sanctis-  
 simæ CRUCIS in qua DEVS pendens  
 miseratus est mundi, vt mei miserearis.

*Homicida  
 orat sibi  
 ignosci  
 propter  
 Crucifixum.*

Quibus verbis ille compunctus, cum  
 staret, & quid facere vellet deliberaret,  
 inualefcente misericordiâ, hominem  
 leuauit, dixitque: Ecce propter hono-  
 rem S. CRUCIS, vt mihi, qui in ea passus  
 est, peccata mea indulgeat, non solum  
 tibi culpam remitto, sed & amicus ero,  
 deditque illi osculum pacis.

Non multo post idem Miles, Cru-  
 ce signatus mare transiens cum Eccle-  
 siam Dominici Sepulcri alijs peregrinis  
 viris honestis de sua prouincia com-  
 H mixtus *Militi ex-  
 hibet ho-  
 norem  
 Crucifi-  
 xus.*



*Condonatio iniuria grata Crucifixæ.*

mixtus intraret, & ante Altare proximū transiret, Imago Dominici Corporis illi satis profundè inclinavit de CRUCE. Hoc cum aliqui ex ijs considerassent, nec tamen scirent, cui tantum honorem exhibuisset CRUCIFIXVS, studio singuli reuersi sunt, nec tamè alicui eorū est facta inclinatio, sed solum Militi, cui prius id contigerat. Tunc causam sciscitantes, cum ille diceret, si indignū tanto honore, in mentem venit condonationis ad honorem CRUCIFIXI in patriā factæ promptitudo. Et cum retulisset circumstantibus, quidnam sibi cum inimico acciderat, mirati sunt tantam DEI, siue humilitatem, siue gratitudinem, quatenus hæc summo Numini conueniunt: siquidem opinabantur, Imaginis illius CRUCIFIXVM exprimentis inclinationem factam fuisse ingratiarum actionem.

*Cæsarius lib. 8. histor. memor. cap. 21.*

## IX.

AMATRIX CRUCIFIXI

*singulari fauore, ad lumen, à Crucifixi effigie vibratū procer legit.*

*Orat.*

69.  
VIDVA  
Anony-

MATRONA quædam honesta, in statu viduali, pietati plurimū dedita

& 78



& vacans assidue orationibus, cum Ecclesiæ cuiusdam, instituti Cisterciensis, Sacellum ingressa esset, & ante altare coram CRUCIFIXO psalmos legeret, quoniam sero erat, Custos illam ibi esse nesciens, ostium forinsecus clausit, & excessit. Quod cum illa intrinsecus audiret, nec tamen pulsare præsumeret, ibidem pernoctavit. Et sicut ab eius ore audiui, inquit Cæsarius, radius quidam ad instar stellæ de brachio exiens CRUCIFIXI, tantum ei luminis præstitit, ut in tenebris illius beneficio psalmos suos legeret. Quam suavis est Dominus amantibus se!

*Cæsarius lib. 8. histor. memorab. cap. 22.*

## X.

## AMATOR CRUCIFIXI

*partus dolores ad motam Cruce mitiget,  
vel abigat.*

70.

CUM Scholasticus Coloniensis Oli- OLIVER-  
uerus CRUCEM prædicaret in Flan- RIVS  
dria, inter reliquos ibi CRUCE signatus Scholasticus  
est Miles diues & honestus: quod ubi eius Col-  
vixor eius comperit, afflicta est penè niensis.  
ad mortem: erat enim vicina partui.  
Ad quam Oliuerus, consilio mariti in-  
gressus, inter verba consolationis, addi-

H 2

dic



172 CHRISTVS CRVCIFIXVS

dit hæc: Si consilio meo adqueueris,  
& virum tuū Christo militare permise-  
ris, ab imminente periculo, sine dolore  
liberaberis: cumq; illa verbis eius pla-  
cata fuisset, Scholasticus subiicit.

CRVCIS  
virtus  
circa pari-  
entem.

Tempore partus, veste mariti cui  
CRVCIS signata te contegas, & CRVCIS  
virtutem senties: solebat autem cum  
maximis cruciatibus parere. Mira Chri-  
sti clementia & virtus CRVCIS instan-  
te hora pariendi, illa non immemor cō-  
siliij pallio viri sui se texit, & penè si-  
ne omni dolore partum effudit.

*Casarius Hoisterbacensis  
lib. 10. illustr. miraculo.  
cap. 22.*

---

DECAS VIII.

---

I.

AMATOR CRVCIFIXI

71.  
RELI-  
GIOSVS  
Cisterciē-  
sis Ano-  
nymus.

*si sit constans in Ordinis Religiosi discipli-  
nâ, Crucifixi Vulnere gratissimo su-  
perinducit unguento.*

**R**ELIGIOSVS Ordinis Cisterciensis in  
Monasterio Hemmenrode, magnâ  
longamque tentationem habuerat de-  
serendi:



serendi vitam cœnobiticam, & ample- *Anno D.*  
 tendere eremiticam: nam idem idem co- *circiter*  
 gitationibus perurgebatur vt ad solitu- *1224.*  
 dinam se conferret. Ad eò autem ab hac  
 tentatione superatus fuerat, vt aliqua  
 etiam loca perlustraret, explorans in  
 eremo aptũ suo proposito habitaculũ.

Tandem conuersus ad Matrem mi-  
 sericordiæ DEIPARAM, ei se totum  
 commisit, ipsam sibi ipsi, pro se fideiuf-  
 forem constituens, quod quicquid ipsa  
 suggessisset, hoc ille sine cunctatione ag-  
 grederentur, cumque ad B. Virginem  
 sub hac conditione sæpius recurreret,  
 quadam vice oranti ei coram altari vox  
 insonuit, dicens: Fideiufforem me con-  
 stituisti, ego verò me absoluere volo.  
 Ille erigens se, vidit virũ venerandi ha-  
 bitus ante altare assistere, CRUCEM IN  
 manu tenere, CRUCE FIXI Sancta QVIN-  
 QUE VULNERA digito superinducere, at-  
 que ita videnti dicere: Sic omnis, qui  
 Ordinem istum, quem professus es, ser-  
 uauerit, Dominum Nostrum perungit,  
 sicut me vides facere. Quo pacto a ten-  
 tatione sua liberatus est. a.

Idem penè accidit beatæ memoriæ  
 Christinae de Volmunsteine, cui CRU-  
 CIFIXVS apparuit, & homo senex iuxta  
 eũ, qui ex pyxide, quam in manu habe-



bat perungebat VULNERA illius. b.

a. *Casarius lib. 8. hist. memor. cap. 14.*

b. *Ibid. cap. 15.*

## II.

## AMATOR CRUCIFIXI

72.

FRATRES  
conuersi  
Cisterci-  
enses.

*illustratur exterius & interius lumine à  
Crucifixo, in oculos, & animum vibrato.*

DVO fratres conuersi Ordinis Cisterciensis in Hemmenrode, quodam tempore hora Completorij Dno suæ seruitutis pensum persoluebant. Dicto Completorio, respiciens vnus ad cœlū, vidit in sublimi CRUCEM splendidam, & in eā Dominum CRUCIFIXVM. Erat autē CRUX illa adeo splendida, vt splendore illo illustrati sese mutuo contuerentur clarissimè, quamuis tenebris circumquaque omnia horreret.

Vnus vi-  
det Crucē.

Alter non  
videt.

Vtrique  
videns.

Et quia loqui non licebat, videns, signum faciebat alteri, quasi interrogans, si aliquid videret? At ille nihil se videre significabat. Tunc ipse signū illi dedit, vt genua flecteret, & oraret, quod cum fecissent ambo simul, erectus post pusillum tantæ visionis particeps effectus est ac testis. Vtrumque Passionis suæ cultorem ita consolari voluisse CRUCIFIXVM est verisimile.

*Casarius lib. 8. histor. memor. cap. 17.*

III. A.



## III.

## AMATOR CRUCIFIXI

*sentationes carnis planè domat omnes, am-  
plexu, quo illum digatur Dominus,  
brachia auellens à Cruce.*

**F**VIT in claustro Hemmenrode Or-  
dinis Cisterciensis iuuenis quidam  
bonæ indolis, & laudabilis admodum  
conuersationis, Petrus nomine, Con-  
fluentinus, per quem Dominus DEVS  
mira operabatur. Huic studium erat se-  
mel in die minimum reuoluere & reci-  
tare sibi sanctissima & dulcissima PAS-  
SIONIS CHRISTI impropria; gratia-  
rum spiritualium efficacissima incita-  
menta. In quo studio tantam per di-  
midium circiter annum difficultatem  
passus est, vt penè animum abijceret:  
tandè, cum perstitisset pulsans, & sub-  
ortas difficultates indefessus effregis-  
set, secreta illa CHRISTI violenter intra-  
uit; ac deinceps sine difficultate, & quasi  
ad manū paratis quotidie epistolis, me-  
ditationibus illis suauissimis, cum ma-  
gna iucunditate est vsus. In Canone

73.

PETRVS

Confluentinus

Anno D.  
circiter

1224.

Quotidie  
versat  
animo  
Passionē.

Operat vè-  
dere

Vultum

Christi

Patientia.

Idem habebat in desiderio, & tā hu-

G 4

mili-



militer, quàm vehementer optabat, reuelari sibi diuinitus aliqua imagine vultum saluatoris, vt cum meditari debuisset, ad eundem vultum, quasi conspectum, & benè cognitum facillius intuitum mentis imaginariè dirigeret posset. Et Dominus, qui hoc ei inspiraret desiderium, non fraudauit eum à desiderio suo.

*Stimulo  
carnis vr-  
gent.*

Laborabat is autem mirabili, ac multiplici luxuriantis carnis molestia, Diabolo interitù, sed Dominò profectù ei de tentationibus ordinante. Vnde cum quodam tempore in angulo chori diutius orationi incubuisset, diuinum implorassauxilium, ne sineretur labi in peccatum, post horã surrexit & recessit. Transiens autem ante altare, veniam accepturus inelinatione & reuerentia sub lampade se humiliavit.

*Crucifixus  
amplexa-  
tur Ama-  
corè suum.*

Et ecce ibi Dominus IESVS, stans ante eum, vel potius quasi pendens in CRUCE, qui pijsima brachia sua abstrahens à CRUCE seruulum suum amplexatus est, & tanquam præcordialem sibi, in signum mutue familiaritatis, eum ad pectus suum attrahendo, strinxit, tentationesque illius validissimas cōstrinxit, & stringendo cōpescuit. Sane

cum



cum terræ procumberet, optimè sui compos erat, sed felici illa visione ita à sensu suo abstractus, & ita dulciter affectus est, vt non plenè scire potuerit, vtrum corporeis oculis, an solo spiritu, reuelationem illam recepisset. At tamen cum multas tam ante, quam postea consolationes acceperit; hoc fatetur quod ista supergressa est vniuersas.

Tantam siquidem acceperat gratiam lacrymarum à Domino, vt infra martinas vix aliqua hora oculi eius liccerentur. Huius rei testis sum ego, inquit Cæsarius, qui iuxta illum ad psalmodiam stabam aliquantò tempore.

Porro, ita seruebat in CHRISTI PASSIONE, vt spe martyrij, Theodoricum Episcopum Liuoniæ sequeretur. Is enim acceperat auctoritatem à Papa Innocentio, vt secum duceret omnes, qui ire vellent ad propagandam vineam Domini Sabaoth populo barbaro. Eo profectus Amator CRUCIFIXI, paraciam in Liuonia rexit, ex præcepto sui Abbatis, ibidemque prædicauit, baptizauit, multosque, tam verbo, quam exemplo ædificauit, & in fide confirmauit.

*Cæsarius lib. 8. histor. memor. cap. 13.*



## IV.

## AMATOR CRUCIFIXI

*promouet eius honorem, institutione fraternitatum, aut Congregationum, cultui Passionis Dominicae, & Crucis dicatarum.*

74.

ARCHI-  
FRATER-  
NITAS  
Crucifixi  
Colonia.  
Asylum  
conuerso-  
rum ad  
fidem.

Munus  
Confra-  
trum.

**T**ALES sunt plurimę in orbe Christia-  
no: illustris vna, titulo Archicon-  
fraternitatis, Coloniae, apud Patres Ca-  
puccinos, cuius hæc origo.

Antonius Episcopus Vigiliarum, Apo-  
stolicę Sedis Nuncius, Pauli V. Ponti-  
ficis Max. mandato, pro conuertendis hæreticis, & conuersis alendis, ius-  
sus fuerat nonnulla sanctitatis asyla  
piorum hominum instituere, ad quę  
de medio Babylonis fugientibus ac-  
cessus esset, & in quibus de salutaribus  
remedijs vulneratę huic patrię adhi-  
bendis, consultatio fieret.

Itaq; Nuncius Apost. illud inter alia  
securissimum ratus est, si Cõfraternitas  
Ecclesiasticorum secularium Virorum, cuius-  
cumq; ordinis, dignitatis, aut ætatis i-  
doneę huic instituto in Ecclesia Patrum  
Capuccinorum S. Francisci Coloniae sub  
inuocatione acerbissimę PASSIONIS D.  
N. IESU CHRISTI, eiusq; viuificę CRUCIS



erigeretur. Cuius Confratres pijs virtu-  
rum exercitijs inflammati se mutuo ad  
pietatem, zelumque DEI exacuere, &  
in proximorum salutem promouendam  
ardentius incumberent, illius insisten-  
tes vestigijs, cuius ipsi exemplar imi-  
tandum proposuerant. Quare

ANNO M. DC. XII. die Parasceues S. *Institutio*  
Sedis Nuncius, auctoritate Apostolicâ *Archicon-*  
cepit, instituit, erexit & fundauit Ar- *fraterni-*  
chifraternitatem Dominicæ PASSIONIS *tatis.*  
& CRUCIS, additis regulis & ordinatio-  
nibus. Deinde accessit elegans Orato-  
rium, in quo qualibet sextâ hebdoma-  
dis feria habetur Latina Concio, & de  
fide propaganda consilium initur. Mul-  
ti autem ad Ecclesiæ gremium reuer-  
tentes benignum almæ Matris experi-  
untur sinum.

Eandem Archifraternitatem Chri- *Cultores*  
stiana caritate complexi sunt, præter se- *Archicō-*  
culares, inter quos magni Principes, *fraterni-*  
etiam Religiosi, PP. Carmelitæ, Domi- *tatis.*  
nicani, Societ. IESV, Cappucini, Discal-  
ceati, vt marmori inscriptum program-  
ma docet.

*Ex Actis & tabulis, Archifr.*

*Ægidius Gelenius in Colon. Magnes. lib,*  
*3. Syntag. 115.*

H

V. A.



V.

## AMATOR CRVCIFIXI

metuit ne ipse crucifixerit Christum, metuitque suos sollicitè, ne ipsi Christum crucifigant.

75.

S. PACHOMIUS.

INTER Amatores CRVCIFIXI merito nominatur S. PACHOMIUS, ille Monachorum Patriarcha, cuius memorabilem visionem, cum ab Angelo Regulam monasticam accipere refert Dionysius Exiguus, sic scribens in eius Vita.

Visio.

Adfuerunt super eum (Pachomium) Angeli lucis, & Iuuenis in medio eorum, ineffabili pulchritudine, atque claritate resplendens, qui instar Solis, ex se fulgoris radios emittebat, habens super caput CORONAM SPINEAM. Et levantes à terra Pachomium Angeli dicunt ei: Quoniam peristi à Domino misericordiam, ecce veniet tibi misericordia tua, DEVS gloria IESVS CHRISTVS Filius DEI Patris unigenitus, qui missus est in hunc mundum, & pro salute generis humani CRVCIFIXVS est SPINEAM ferens in capite CORONAM. Et Pachomius ait: Oro, Domine, nunquid ego te CRVCIFIXI? Et Dominus placidior ait ad eum: Non tu quidem



dem CRUCIFIXISTI, sed parentes eius  
nimirum, idololatræ, vel impij,

Cæfarius lib. viii. Miracul. cap. 27. Impij Cru-  
Hoc fcias quod vsque hodie Christus *configunt*  
in suis membris crucifigatur, nunc à Iu- *Christum*  
dæis, nunc à Saracenis, nunc à falsis  
Christianis. Vnde per Malachiam cap. 3.  
conqueritur dicens: *Si homo configit*  
*DEVM, quia Vos configitis me.* Item. Et  
me Vos configitis gens tota. Christia-  
nos nostris temporibus à Iudæis Cru-  
cifixos audiui: à Christianis aliquem ad  
litteram esse crucifixum nondum au-  
diui. A Saracenis nuper fuisse Crucifi-  
xos intellexi.

CVM Damiatâ per obsidionem mul- *Christiani*  
tum esset arctata, quidam ex paganis *Crucibus*  
occulte exeuntes è ciuitate, tum vt *appensi.*  
Christiani fierent, tum vt mortem eua-  
derent, ad nostros confugere cœperunt,  
quos Saraceni insequentes, & compre-  
hendentes reduxerunt, singulisq; Cru-  
cibus singulos appendentes ad Chri-  
stianorum confusionem, supra muros  
omnes suspenderunt. Hi si fidem scie-  
bant, & in fide, timore pœnarum non *Christus*  
nutrabant, haud dubium, quin Martyres *martyri-*  
sint. *zatur à*

Non solùm autem ab infidelibus *malis*  
Christus martyrizatur, sed etiam à malis *Christia-*



182 CHRISTVS CRVCIFIXVS

Christianis, per pauperum iniurias quodidie configitur & flagellatur:

*Casari. cap. 28.*

VI.

AMATOR CRVCIFIXI

76.

*detestatur omnibus modis Sedariorum in  
Crucifixum impietatem.*

*Rabies ha-  
reticorum  
in Cruci-  
fixum.*

**H**ÆRETICORVM furor & insania iam Dominum immortalem & impassibilem ad dexteram Patris sedentem, quia exemplo Iudæorum, olim cum CHRISTO viuentium, in CRUCEM agere non possunt, pari tamen infidelitate & rabie in CRVCIFIXVM odium impietatis exercent, verborum lapides iaciunt, & si possent, de throno cum suo in CRUCEM retraherent.

Nimirum, *manet mentium vasa narum voluntas, cessante licet voluntatis effectu. Et malignum animum malevolentia studium, absente mali operis occasione, non deserit, vt scribit S. Hilarius, a.*

*Caluini-  
sta.*

A Calvinistis scimus CRVCIFIXI imaginem abreptam è templo appensam esse patibulo. Sacerdotem etiam, vt direptus fuit, Imagini CRVCIFIXI suffixum sclopetis interemerunt. *Non celare potest odium, quod pectore per uoluit versatq; impius.*  
in go



ingeniū suo se prodit ubique iudicio; **CHRISTVM** petit insidiator, b.

a. S. Hilarius lib. 7. de Trinit.

b. Io. Boch. theat. crud. haret. Amphitheatrum honoris Clari Bonarscij.

VII.

AMATOR CRUCIFIXI

violatores honoris, qui imagini eius debetur retaliare solet.

77.

**F**REQVENTER id factum animaduertimus, vt in istis opusculis est relatū. Hic pono, quod accidit in obsidione Damiatæ, ad quam cum maxima pars exercitus **CRUCIGERORVM** Saracenis occurrisset, nescio quo Dei iudicio, infideles fidelibus superiores effecti, eos in fugam verterunt, multos ex eis occidentes, & plurimos captiuos abducētes.

Damiatæ  
ni impij in  
Crucifixū.

Quod; vt cognouerūt in ciuitate obfessi, in tantam lætitiā effusi sunt, vt in confusionem fidei nostræ laqueum collo **CRUCIFIXI** iniicerent, sicque sacram illam Imaginem alijs additis iniurijs per omnes plateas ciuitatis traherent, cum multa vociferatione & plausu manuum victoriā Deo suo abscribētes.

Laqueo  
Crucifixū  
trahunt.

**CHRISTVS** verò qui mortuus, & quasi nullius valoris videbatur in tam execrabili

Christus  
dissimulatus.



184 CHRISTVS CRVCFIXVS

crabili culpa, post breue tempus valde  
terribiliter reuiscere cepit in vindi-  
cta. Nam Damianos, vt poena respo-  
deret illatæ iniuriæ, per modum talio-  
nis, vlceribus percussit in gutture, sic  
etiam cibaria non possent deglutire: &  
paullo post ciuitatem ipsam in expu-  
gnabilem, vt videbatur, eis abstulit sua  
virtute, vt nec vnus in eius vastatione  
caderet Christianus.

*Talionem  
reddit.*

*Casarius Heisterbacensis lib. 8. histor.  
memor. cap 27.*

VIII.

AMATOR CRVCFIXI

*ex apparitione Domini pendentis in Cruce  
consolationem percipit, & correptionem.  
nimirum,*

*Christus Passus interdum ad consolatio-  
nem, aliquando ad correptionem ap-  
paret.*

78.

F. CON-  
RADVS  
Cisterciē-  
sis conuer-  
sus.

*Circa An-  
s. 1199.*

**F**RATER quidam Conuersus Ordinis  
Cisterciensis, monasterij Heisterba-  
censis, nomine CONRADVS, tempore  
quodam, cum in domo eiusdem fami-  
liæ Dollindorp, cui præerat, solus es-  
set, & desolatione pressus magnum cor-  
dis sui defectum sentiret, ait intra se.  
Oh miser sic ne morieris sine homine!

Vix



Vix verba finierat, & in ecstasim raptus,  
 ecce Salvatorem coram se in CRUCE *Verba Cō-*  
 pendentem vidit, qui ait; Conrade, vi- *solantis*  
 des, quanta pro te sustinuerim? Hæc *Crucifixi.*  
 fuerunt verba consolationis:

Postquam adiunxit: Omnia opera tua *Reprehen-*  
 benè placent mihi, vno excepto. *dentis,*  
 Quibus dicitis, Conuersus ex visione tam sa-  
 lutifera confortatus ad se redijt, & cum  
 oculos aperiret, vt eum, quem spiritu  
 viderat, cerneret, visio disparuit.

Rogatus deinde è F. Richardo Con- *Ambiguitè*  
 uerso religioso, cum ei narrasset visio- *relinquit*  
 nem, an Dominum interrogasset de illo *Amatorè.*  
 opere? respondit, non: nec Dominum  
 manifestasse. Quod mirum videri po-  
 test: cur enim in Amatore sui CRUCI-  
 FIXVS opus reprehendit, quod ei inno-  
 tescere noluit? Fortasse, quia illum de  
 omnibus suis operibus sollicitum esse  
 voluit, vt dum vsum determinatè ne-  
 sciret, de singulis indeterminatè time-  
 ret. Quæ est coniectura Cæsarij, qui  
 narrationem hanc inter historias me-  
 morabiles retulit.

2. lib. 8. cap. 20.



## IX.

## AMATOR CRVCIFIXI

*monet temerarios, ne furto sacrilego Cruci-  
fixi iram prouocent, exemplis  
metuendis docti.*

79.

*Fures sa-  
crilegi.*

**I**NTER multa sic istud dignū recogita-  
taru, quod ira narrat Casarius Hei-  
sterbacensis. Apud inferius Traiectum  
hoc anno, sacrarium in Ecclesia S. Mar-  
tini fures effringentes, quosdam the-  
sauros, vnā cum CRUCE preciosissima  
gemmis & auro decorata asportauerunt.  
Qui cum essent plures, duobus  
CRUCEM committentes, ipsi cum the-  
sauris abierunt.

*Quaruntur  
fugientes.*

Mane, cum tantum sacrilegium ad  
notitiam Episcopi, atque Canonico-  
rum peruenisset, dolentes valdē, maximē de  
CRUCE, ob portionem LIGNI DOMINI-  
ci, milites per diuersas vias miserunt,  
qui fugientes insequerentur. Hi verō,  
qui CRUCEM portabant, per stratam  
publicam apertē incedebant: ad quos  
cum peruenissent milites, nihil de eis  
malē suspicantes pertransierunt.

*Demon-  
strantur à  
Crucifixo.*

Sed CRUCIFIXVS Dominus, in quem  
peccauerant, fures à sensu alienauit,  
gressum fixit, ita, vt à strata declinantes

palu-



paludem intrarent, nec tamen motis pedibus procedere possent. Altera verò die prædicti milites reuersi, cum eos penè in eodem loco, & maximè lutum calcando vidissent, mirati dixerunt: isti sunt, quos heri hic dimisimus. Ad quos cum vnus clamasset: Boni homines malè inceditis, quare non ascenditis stratam tritam: responderunt illi: benè incedimus, non vos sollicitet iter nostrum.

Tunc vnus ex militibus, Deo inspirante, dixit ad socios: aliquid istud portendit, forsitan rei sunt, teneamus illos: ad quos dum descenderent milites, illi CRUCEM paludi immerferunt: interrogati autem de furto, responderunt; nos CRUCEM tulimus, vbi sit scimus, sed nisi certi de vita simus, nunquam illam vobis ostendemus.

*Prodūtur.**Furtum fatentur.*

Quid plura ducuntur ad Episcopum, gratia CRUCIS promittitur immunitas, CRUX ostensa reportatur, extra prouinciam conducuntur. Et quia iustus iudex nullum peccatum relinquit inultum, & sæpe peccato punit peccatum,

*Veniam obtinent.*

permisit, vt sequendi die, iterum Ecclesiam effringerent, in qua capti sunt & suspensi.

*Iterum surantur.**Suspenduntur.*

Casaj. Heisterbac; lib. x. exempl. cap. 21.

AMA-



X.

## AMATOR CRVCFIXI

cauet ne peccet sacrilegè in Sacrificio  
quod à Sacerdote in Missa offertur DE  
memor Crucifixi effigiem lacrymas  
profudisse ob commissum  
sacrilegij scelus.

80.

GERAR-  
DVS Apo-  
statans;

Pseudo-  
presbyter.

Crucifixus  
visus la-  
crymas  
funderet

CIRCA annum Christi M. c. lxxxviii  
DIACONUS quidam Ordinis religio-  
si Gerhardus nomine, apostatans, in quo  
Cæsarius Heisterbacensis, a. circa qua-  
tuor tempora se Ordinem sacerdotale  
suscepisse finxit, & Coloniz in basilica  
S. Michaëlis, quæ in porta Martis posita  
est, quasi primam Missam, instructum  
cum Sacerdote, miserimus celebrauit.  
Ego eidem Missæ tunc scholaris inter-  
fui, & multas recepit oblationes.

Confessus est ille Pseudo presbyter  
postea Sacerdoti, qui ipsi adstiterat in  
simulato illo Sacrificio, quod quoties  
se vertit ad populum, CRVCFIXVM con-  
tra se stantem viderit lacrymantem. Eius  
autem ibi opposita aræ imago antiqua  
& sculpta, magna satis. Addit Cæsarius  
Pius Dominus, qui olim fleuit super  
malicia punitæ civitatis Ierusalem.

Luca  
cryn  
Ex

FIXI  
Sacril  
Seder  
in iri  
ment  
tam

plo s  
tu ad

tus!

a. Ca

o

m

M

tea

Beat

V

non

Qu

Luca



Lucæ XIX. de præsumptione tanta lacrymari dignatus est.

Ex lacrymis verò imaginis CRUCIFIXI considerans magnitudinem culpæ sacrilegus apostata, pœnitentia ductus Sedem Apostolicam adire voluit; sed in itinere Romano est mortuus. O clementiam Saluatoris CRUCIFIXI, qui tam enormiter in se peccantem, in ipso sacrilegij actu, lacrymabili obtutu ad resipiscentiam vocare est dignatus!

Conuertitur apostata.

a. *Cæsar. historiæ. memorab. lib. 9. cap. 61.*

*Ex illo Ægidius Gelenius in Colon. magn. lib. 3. syntag 141. ubi de templo S. Michaelis, quod olim Martus, supra plateam salinariam.*

DECAS IX.

I.

AMATOR CRUCIFIXI

Beatum se aestimat, quod non fuerit scandalizatus in Christo Crucifixo.

81.

VERITATIS est illa æstimatio ex attestacione Domini: *Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Matth. XI. Quia futura erat CRUX plurimis scandalum,*



190 CHRISTVS CRVCIFIXVS

alatum, Beatum eum professus est Christus  
quorum fidei nihil tentamenti deseruit  
CRUX, Mors, Sepultura, inquit S. Hil  
rius a. Nimirum, vt scribit S. Gregori  
b. Infideles scandalizati fuerunt in Chri  
sto, cum post tot miracula morientes  
viderunt in CRUCE, de quo non scan  
dalizatur, sed gaudet & congratulatur  
Domino suo AMATOR CRVCIFIXVS

a. *Matth xii.*

b. *Homil. 6. in Euang.*

II.

AMATOR CRVCIFIXI

*Cruculam fronti sentit imprimi de Passione  
Domini cogitans.*

§2.

HER-  
MAN-  
NVS Ci-  
sterciensis  
Novitius.

Circa An.  
1200.

NOVITIUS quidam Ordinis Cister-  
ciensis in Hemmentode cum tem-  
pore quodam cantans cum alijs in cho-  
ro ad versiculum SS. Trinitatis deuote  
inclinaret, CRUCEM fronti suae imprime-  
sensit: & puto, quod eadem hora cogi-  
tauerit de PASSIONE Domini. Vocatus  
tunc Hermannus, & viuebat adhuc cum  
Caesarius a. hoc de illo scriberet.

a. *lib. viii. memor. hist. cap. 23.*



## III.

## AMATRIX CRUCIFIXI

*Assidua Passionis Dominica meditatione  
felleum humorem omnem exsiccat  
suo in corpore.*

83.

**E**ST in humano corpore duplex qui- *Bilis fla-*  
dam humor, quorū alter, qui calidus *ua.*  
est, & siccus, ab aureo colore *Flava bilis*  
appellatur, item que *Fel*, in ima hepatis  
parte, vesiculā, quam fellis cistulam  
vocant, conclusus. Alter, qui frigidus est  
& siccus, quoniam nigrae fauillae colo- *Bilis atra.*  
rem imitatur, *Atra bilis* dicitur, quam  
Græci Melancholiam vocant delirium  
generans, aut insaniā. Quod remediū  
Multiplex præscribunt Medici. Vnicum  
habet efficacissimum **CRUCIFIXI AMA-**  
**TOR**, qui vtrumque vel mitigat, ne no-  
ceat, vel exsiccat, ne nocere possit.

**B. CLARÆ** Monte-Falconiæ Ordin.  
Eremit. S. Augustini, Virgini sanctitate  
vitæ clarissimæ omnem humorem fel-  
leum, per longam Diuinæ Passionis  
meditationem inter eius viscera Diui-  
ni; Amor exsiccauit.

**B. CLARA**  
**FALCO-**  
**NIA.**

*Nescit fiderei facies Amoris  
Et quas visceribus seris famillas.*

Cale



## 192 CHRISTVS CRVCFIXVS

Celi dextera quisquis hic amarum  
 Multa bile fouet geritq; mentem:  
 Aut fastidia, nauseamq; eructans,  
 Inter Christiadum instituta nutrit,  
 Nam vix peccatus Amor subiuit imum  
 Cum flammam properus beatiorem  
 Per totos animi vehit meatus;  
 Et toto iubet exulare corde,  
 Quicquid ilia latiora mordet,  
 Quicquid gaudia puriora turbat.  
 Quod ne quis Veneris negaret Infans  
 Vno scemate sat probauit orbi  
 Diuina Genitor Satorq; flammæ;  
 Qui spargens roseos amoris ignes  
 Per praeordia Virginis remouit  
 Flauis materiem, nigriq; fellis.

Ignatius Dickerus Ord. S. Aug. lib. 1. Epigramm. XLV.

## Aliud de eadem Eiusdem.

Dum Falconia Virgo mente totâ  
 Et conamine viribusq; totis  
 Ad calum properat per impeditum  
 Mille horroribus hostibusq; callem  
 Malarum nihil hinc molestiarum  
 Mærorisq; tulit molestioris.  
 Nempe Diuus. Amor dolere nescit  
 Celi nectare gaudysq; pastus:  
 Qui fastidia tristiora damnans  
 Omnem digerit excoquitq; bilem  
 Omnem amaritiam facit suauem.



IV.

AMATRIX CRUCIFIXI

in memoriam Dominica Passionis, amarissimo felle, sextis quibusque feriis cibari appetit. 84.

VOLVISSE eo cibatu honorare DO- B. CA-  
minum felle potatum B. CHRISTI- THARI-  
NAM de VICCOMITIBVS, Virginē ge- NA VI-  
nere & virtute Illustrissimam Ordin. CECO-  
Eremitar. S. August. referunt Auctores MES,  
Religiosi, a. inter quos pius Poëta b.

CHRISTINA CHRISTI nobilis pedissequa,  
Domini cruenso docta venerari gradu.  
(Quos per Flagella, Vulnera, & per Sanguinem,  
Infamis usque montis ad crepidinem  
Iugumq; triste duxerat nouissimos)  
Frequens inuisit PASSIONIS semitam,  
Frequens rediit lassa lacrymāq; humida:  
Genūq; lacera, & dissoluta erimid us.  
Meliore vires attamen viatico  
Nunquam refecit, quā liquorē felleo,  
illi requiris unde vi sit potui?  
Diuina flamma lignea CRUCIS frue  
Ad usque quintam. excokit hunc essentiam.

a. Iosephus Pamphus, Nicolaus Cransensis,  
Cornelius Curtius, Scriptores August.  
b. Ignatius Dyckerus lib. 1. Epigram. XLIII.



V.

AMATRIX CRVCIFIXI

85. *clauo in memoriam Dominicae Passionis  
transfigit pedem.*

B. CHRI- ID fecisse B. CHRISTINAM de Vico  
STINA COMITIBVS Ordin. Eremit. S. Augustini  
VICECO- testantur eiusdem scriptores. Extrate  
MES. pigramma facti encomiasticum.

*Saluifica CHRISTINA CRVCIS flagrabat amara  
Sollicita optata semper adesse TRABI.  
Et ne quid votis melioribus obforet, audax  
Vulnificâ stabiles reddidit arte pedes.  
Cuspide quos rigidi fixit, nihil anxia, clauis.  
Ex tunc nec potuit deseruisse CRUCEM.*

*Iosephus Pamphus, Nicolaus Crusenianus  
Cornelius Curtius, Ignatius Dyckerus.*

VI.

AMATOR CRVCIFIXI DIVS

86. *facit, ut stillet Sanguinem violata in Cruce  
pendentis effigies.*

CRVCI- COLONIAE in Ecclesia B. M. Virg. de  
FIXI effi- Mōte Carmelo cernitur picta Christi  
gies pūcta sti in CRUCE pendentis verus Imago  
pugione. translata eo ex arce Sassenbergica. Huius  
olim ter pugione puncta sanguinea

*Stillavit*



Stillavit, cuius clara indicia in valuis  
tabulæ extant.

Quidam enim Helluo cum infelici-  
ter alex lusum exercuisset, impatiens  
derrimenti, educto pugione imaginem  
inuadens, desperata & blasphema voce,  
si DEVS ipse esses, tibi genas discinde-  
rem, inquebat, & vultum imaginis pū-  
ctum ferijt. Vnde prodigiosus cruor  
proflijt. Imaginis facies plurimorum  
annorum ætatem præ se fert.

*Helluo  
blaspho-  
mus.*

*Egidius Gelenius in Magnit. Colom.  
lib. 3. Syntagm. 43. §. 6.*

VII.

AMATOR CRUCIFIXI

*si damnatus sit capitis, antequam perveniat  
ad theatrum supplicij adorat in itinere*

87.

*Crucifixum, & se illi, ac corpus  
animamq; commendat.*

COLONIA est Hospitale S. CRUCIS in Reorum  
platea, quæ dicitur lata. In eius ho-  
spitalis pariete est visenda effigies  
CRUCIFIXI cum B. V. M. & S. Ioannis  
statuis, loco opportuno ad stationem  
& honorem habendum Salvatori, qui  
à ligno regnavit. Ibidem reorum,  
qui ea parte ad supplicia educuntur,

*statio ad  
Crucifi-  
xum.*



statio esse consuevit, tum vt rei animi  
componant, recordatione Domini  
CRVCIFIXVM vt populus ad DEVM  
pro eorum salute orandum excitet  
a sacerdote reum comitante, qui  
populum alloquutione ad prestare so-  
let.

*Egidius Gelenius in Colon. magni  
Syntagm. 102.*

## VIII.

## AMATOR CRVCIFIXI

*Crucifixum aquis innatantem cum ve-  
ratione suscipit, & in loco sacro  
collocat.*

88.

*Mercato-  
res Hispa-  
ni.*

*CRUX  
Burgensis.*

**A**NTE annos ferè quingentos in Hi-  
spaña mercatores quidã CRVCIFIXVM  
mari innatantem reuerenter ce-  
ceperunt, & pari pietate vrbi Burgensi  
in regno Castellæ obrulerunt. Cui de-  
ceps celebre Xenodochium, & mona-  
sterium magni nominis adiectũ est, &  
Augustinianis Religiosis habitaculum.  
Mago hæc magnæ staturæ, carnẽ vel-  
uiam, atque ad digitorum compre-  
siones flexilem mobilemque exhibe-  
miraculis celebris, & toti regno Castelle  
venerabilis.

*Testes oculati.*

*Am.*



IX.

AMATOR CRUCIFIXI DEVS

*faciō ut Crucifixo ligneo crines ac  
crescant.*

89.

CRUCIFIXVS est Gandavi in Ecclesia CRUCI-  
Virginum Canonicarum Ordinis FIXVS  
S. Augustini, qui sine humanâ opera ar- Gandavi  
bōri fuit innata. Saluatoris autem in  
CRUCE pendentis Imago prolixos cri-  
nes ex capite dependentes, defluentes  
que, & annis pluribus accrescentes re-  
fert; quam multo cultu ciues consueve-  
runt venerari.

*Testes oculari.*

X.

AMATOR CRUCIFIXI

*magis delectatur effigie Crucifixe nullis co-  
loribus fucata, quam eleganter ad ocu-  
lorum lenocinium depicta.*

90.

IN quo imitatur suum Dilectum, qui CRUX  
aliquando visus est coloratam spe- Traiecten-  
ciem respuere. Spectatur etiam nū Tra-  
iecti ad Mosam Cœnobio Albarum, ut  
vocant, Virginum, Imago CRUCIFIXI  
miraculosa, quæ secundo picta, secundo

*L. 3. colo-*



198 CHRISTVS CRVCFIXVS

colorem olim reiecit. De qua sic Poëta  
religiosus.

Tolle manum tabulâ bone Pictor, parce coloris,

CRVX sibi cognatâ simplicitate placet

Ipsa tuos ductus artemq; exosa repellit,

Et iubet à cultu longius esse suo.

Ars tua sit dicti testis, qua bis CRUCE picta

Bis oleum atque operam deperisse dolet.

Crucis Traiectensis tercio colorem *et* pig-

menta reijcientis fidem facit traditâ

Cœnobij Sanctimonialium illarum, quarum

Ecclēsia est cœmeterio S. Sarnati

opposita.

Ignacius Dickerus lib. 1. epigram. SACROR.

XC.

---

DECAS X.

---

I.

AMATRIX CRVCFIXE

lato corde omnia dolorosa Passionis Symbolis  
circumtulit.

91.  
B. CLA-  
RAFAL-  
CONIA.

**H**OC adscribitur castissimæ Virgini  
B. Claræ Monte-Falconiæ Ordinis  
Bremitar. S. August. vt eiusdem Ordinis  
Poëta canit,

Quicquid doloris, quicquid agrimonis

In vastiori PASSIONIS aquare

Perperere flagra, cuspidesq; spinea,

Et quicquid illa falsiora scommata

Et quicquid illa falsiora basia,

Et quicquid illa Felli ingratisimi

Sanna



Sauig, ferri, Roborq, acerbitas  
 Amaritudinis dedit amarissima,  
 Fertur tenello candidisse corculo  
 CLARA illa dixit Umbria decus aureo  
 Verum, nec inde reddita est amarior,  
 Sed blandiore blandior aqua fontium,  
 Et dulciore dulcior aqua fluminum,  
 Quid obstupescis? Cereum id erat Cotculum  
 Undas suaves Cera reddit aquori.

Ignatius Dyscorus lib. i. Epigramm  
 Sacror. LXXVII.

## II.

## AMATOR CRUCIFIXI

Solo Crucis Signo munitus aqua se committit,  
 Et mare transmittit incolumis.

92

S. RAYMUNDVS PENNAFORTIVS BAR. S. R. AT  
 cinonensis, qui Ordinis Prædicato- MVN-  
 rum Generalis fuit tertius, cum in Ba- DVS Penn-  
 learibus Regi Iacobo adesset, is edicto nasfortius.  
 publico prohibuit, ne quis sub pœna ca-  
 pitis Raymundū nauigio suo Bareino-  
 nem reduceret. De quo Regis edicto  
 Sanctus Vir certior factus, ad portum,  
 ubi aderant nauigia, vulgo dictum Sol-  
 lar peruenit, quærens suæ nauigationis  
 commodum, si inuenire potuisset.

Verum, quum nauæ omnes Regiam Negatur  
 timentes Maiestatem, transitum ei transiit.

I 4

debe-



*Navigatio  
in pallio.*

dēnegassent, ab eis se aliquantulum di-  
vertens, oratione præhabitâ, pallio se  
exiit, illudque super undas maris ex-  
tendit, ac SIGNO CRVCIS edito, socio-  
que eius præ timore nimis exterrito,  
in litore maris relicto, extensum pal-  
lium Sanctus apprehendit, scapula-  
reque suum de super: baculum exten-  
dens pro velo posuit. Cumque sic,  
DEO operante, qui in Sanctis suis sem-  
per est mirabilis, nauigaret, subito, in-  
enarrabili quadam diuina ope, ventus  
insufflauit, undisque in solita tranqui-  
litate crispantibus, citius ab hominum  
disparuit visu.

*Insequen-  
tia frustra-  
ntia.*

Quæ res cum in publicum volaf-  
set, & regia aulâ insolitis rumoribus  
plena esset, mox mandato Regis præ-  
parantur triremes, undique confluent  
nauigia, vt Raymundum adducant.  
Sed frustra fuit Regis ac nauarum solli-  
citus cum frustra scientia aut confu-  
sionem quærat contra Dominum. Il-  
le enim qui eduxit ventos de thesauris  
suis, & ambulat super pennas vento-  
rum; & Petrum supra mare ambulante  
tem ne mergeretur, crexit; ille, inquam  
qui supra mare incedens, ac si super ter-  
ram discipulis suis nauigantibus opem  
ac auxilium præbuit, Seruum suum  
Ray-

*Psal 134.*

*203.*

*Math. 14.*



Raymundum breui temporis spacio per tot milliaria deduxit, vt cum vix naues, prospero vento insufflante, posset vno die naturali ab vno littore ad aliud transfretare, ille tantum maris spacium sex horis pertransierit.

In hac navigatione cum Vir Sanctus *Humilitas Raymundi* humilitatis amans vellet occultari, non potuit. Apparuit enim eo die ante prandium in mari velut maxima navis, quam aduenire cum de more speculator turris locum indicasset, accurrit ad littus, vt solet, maxima hominum multitudo, vt nauim illam nouam exciperent: verum cum ciuitati appropinquasset in terramque descendisset, non nauim, sed Raymundum, cum magna omnium admiratione exceperunt. Pallium autem aliaque vestimenta ita sicca remanserant, ac si aquam non tetigissent.

*In vita quam scripsit Michael Lotius edita  
Roma 1595. Ribadeneira ex antiquo hist.  
Chronicon Ordin. Sur. 6. Ian. Gra-  
fius.*



III.

## AMATORI CRVCFIXI

93. *Nulla est consolatio maior, in atrocissimis tormentis, quam à Ligno, in quo Christus pependit.*

SS. IO-  
NAS &  
BARA-  
CHYSI-  
VS.

*Jonas in-  
terroga-  
tur.*

*Respondet  
animosè.*

ILLUSTRE fuit Martyrum SS. IONAS & BARACHISIJ fratrum, sub Saborio Persarum Rege, qui incredibilia penè passi sunt. Et quidem IONAS cum à eribus Magorum Principibus interrogatus esset, mallet ne Regis Saborij iussis parere, quàm vitam in atrocissimis supplicijs cum igo miniâ, deserere, respondit: Nunquam ego negabo D. meum IESVM CHRISTVM. Tunc ira concitata Magi, iusserunt, vt loge Perficâ vinciretur. Traiecta igitur virga inter manus & crura trunco similis humi voluebatur, Tunc ministri spinosis è malo Punica virgis, cum crudelissime verberarunt, adeò, vt lateribus vndique dilaceratis, sanguine suo pavimentum rigaret. Iusserunt deinde, vt ex altero pede funiculo vinctus in pruinam & glaciem extraheretur, obseruareturque quid frigoris causa faceret.

Rogatus postea, quomodo noctem illam



illam glaciei ac frigori expositus trans-  
egisset, Ionas, qui totus erat in sanctissi-  
mis CHRISTI Vulneribus contemplan-  
dis absorptus, Principes, inquebat  
mihi credite, ego à prima Natiuita-  
tis meæ die, nullam vnquam noctem  
tranquilliosem, suauiosemque mihi  
extitisse memini. Præfuit enim mihi  
fuit consolatio vna omnium dulcissi-  
ma ex Sacro-sancto illo LIGNO, cui  
affixus Dominus meus IESVS CHRI-  
STVS suis liuoribus nostros languo-  
res egregiè sanauit. Sicque ad dirio-  
ra se obtulit. Et sanè post manuum  
pedumque præcisos digitos, cutem  
capitis ei abraferunt, linguam euul-  
serunt, & in vas ardente pice & resina  
plenum coniecerunt, id quod tandem  
Amatorem CRUCIFIXI derubarunt;  
sed pice diuinitus diffuente, in co-  
cleam ad extremum coniectum, tan-  
ta vehementiâ torserunt, vt omnia eius  
ossa confringerentur, tunc per medium  
dissecuerunt, delitijs à CRUCE CHRI-  
STI mutuatis ad finem vsque delibutū.  
Similia Baracchius passus est, & vter-  
que martyrio coronatus per CRUCEM  
in cælum conscendit.

*Consolatio  
in atrocissi-  
mæ tormētis.*

*Lignum  
Crucis vni-  
res addit.*

*S. Barac-  
chius.*



Tempore Constantij & Constantis Imp.  
VIII. Anno CCCXLIV. Iulij Papa VIII.

## IV.

## AMATOR CRUCIFIXI

manibus ad Crucis modum pectori  
applicatis Sacram. Euchari-  
stiam accipit.

94.

*Ecclesia  
antiqua  
consuetu-  
do.*

*Ante Cō-  
munionē.  
Ieiunium.*

AD illam praxim ducere potest Seau-  
rophilum antiquissima Ecclesie  
consuetudo. Nam ad sacram Com-  
munionem cum singulari reuerentiā  
percipiendam varij ritus adhibeban-  
tur. Tempore Apostolorum Christia-  
ni communicaturi, ieiunabant die to-  
to, dummodò valetudo permitteret  
vsque ad Cœnam Dominicam, vt col-  
ligitur ex 1. ad Corin. cap. 11. 34. vbi A-  
post. Si quis esurit, domi manducet, ne-  
pe, si famem sustinere non possit donec  
ad Cœnam conueniant.

Deinde, populus Panem & Vinum  
in Ecclesia tradebat Diaconis, qui ea-  
dem ad altare ferebant.

Tum communicaturis apponeban-  
tur tabellæ, quasi mensulæ. Sicut hoc  
tempore ad mensam coopertam linco  
communicamus.

Clam.



Clamabat ante communionem prae-  
co, *Sancta Sanctis*. Tunc Sacerdos osten-  
dens Sacramentum, dabat, dicens: *Cor-  
pus Christi*, & sumens dicebat, Amen.

Accipiebant non ore, vt modò, sed  
manu: Viri manibus per modum CRV-  
cis porrectis, nempe dextra superim-  
posita sinistra: lauabant autem antea  
manus. Foeminae manu velata mundo  
linteo, quod Dominicale vocabant. Ita  
iubet Concil. Altrifiodorens. can. 36.  
*Non licet mulieri nudâ manu Eucharistiam  
sumere.* Et Can. 39. *Vnaquaque mulier  
quando communicat, dominicale suum ha-  
beat.* Cyrill. Ieros. Catech. 5. Mystag di-  
cit, manu concaua sumendum Christi  
corpus. Vidend. Synod. VI. Constan.  
Cano. 101.

Quisque acceptam manu Euchi-  
stiam ori imponebat, scilicet, sub vnâ  
specie panis, quam domum etiam defe-  
rebat, & ieiuni sumebant, pro disposi-  
tione sumentis.

Tempore S. Cypriani sumebant quo-  
que sub specie Vini Eucharistiam, vt in  
persequutionibus per susceptionem  
sanguinis Christi magis expressam ani-  
marentur ad fundendum pro eo san-  
guinem. *Leges. Cypr. epist. 56. ad Thi-  
baritanos.*



V.

## AMATRIX CRVCIFIXI

*Templa ad modum Crucis construi curati  
& Turres ijs imponi, aut circumponi,  
Clavos Crucifixi represen-  
tantes.*

95.

S. HELE-  
NAE  
Mater  
Templo-  
rum.

*Templa  
per modū  
Crucis.*

*In Vbijs.*

S. HELENAM Augustam Constantini  
M. Matrem, postquam CRUCEM Do-  
minicam inueuisset, & honorandam  
vbique exponeret, patefactis ad opera  
sancta thesaurus toto abusam fisco, scribit  
S. Paulinus. a. Obseruatum autem est ab  
antiquitatum Ecclesiasticarum scruta-  
toribus, quod ipsa Templis formam  
CRUCIS indiderit, Turribus verò figu-  
ram Clavorum. Cuius erga CRUCEM  
& CLAVOS affectus monumenta super-  
sunt etiamnum multis locis in orbe  
Christiano. Et habet quaedam

Archiepiscopatus Coloniensis: *scilicet* in  
cuius parte superiore ad aureum Mi-  
liarium, tum in pago Heimmertzheim,  
tum per totum tractum fluij Ararum,  
cernuntur ad Dominicæ CRUCIS  
modum erecta Templa à D. HE-  
LENA, quam quidam Matrem Temple-  
rum appellandam censent apud Agrip-  
pincæ



pinenses, meliori sanè iure quam dicta olim fuit Agrippina Mater Castorum.

Addidit eadem CRUCIS inuentrix TURRES, quæ CLAVORVM Dominicæ Passionis figuram percommodè expriment. Præter illas, quæ cernuntur Coloniae circa ædem Sacram SS. Martyrum Gereonis & Sociorum, eiusdem moduli insignis basilica apud Cæsaris Insulam S. Gregorio sacra visitur. Quam cum Sueco - & Franco - Hassorum metu dirui mandasset præsidij militaris Præfectus, seruata fuit consilio, & precibus Canonicorum Cæsar - Insulanorum. Et sanè fuit animaduersum his xxvi. annorum tumultibus Germanicis, veneratione CRUCIS, CLAVORVM, aliorumque Passionis Dominicæ Instrumentorum, in templis à maioribus nostris collocatorum, & in ijs hætenus conseruatorum, sed CRUCIS potissimum præsidio feliciter seruari vrbes, regionesque Catholicorum, quam arcium, castellorum, propugnaculorumque munimentis, omni que instrumento polemico.

Templi 3.  
Gereonis  
Coloniae.

In Cæsaris  
Insulae



a. Epistola xi. ad Seuerum. b. *Aegidius Gelenius lib. 3. Magnit. Colon. Syntag. 2. S. Helena peculiariter fuit affecta erga Clauos Crucifixi: quare in galea filij sui unum splendere voluit ad turelam.*

## VI.

## AMATOR CRUCIFIXI

*in complexu Crucifixi, eiusdemq; osculatione cum lacrymis exspirat.*

96.  
IOANNES  
COLSIUS,

IOANNEM COLSIUM Ordin. Eremitar. S. Augustini Virum Venerabilem, Verbi DEI præconem disertissimum, sanctissimam CRUCIFIXI Imaginem complexu, osculis, & lacrymis piētissimè venerantem in æde Augustinianâ Gandani, ad alteram vitam transiisse scribit eiusdem Ordinis Pœta, carmine eum celebrans:

*Colsius ille tui, IESV Dux optime, Verbi  
Præco tua Mystes Colsius ille CRUCIS:  
Perpetua vita foribus iam proximus ibat,  
Lecturus solida posteritatis iter  
Cum tepidis vdu lacrymis sanctissima poscis  
Symbola, Caluario symbola nota iugo,  
Atque armos inter & brachia lata reductam  
Illacrymans multo perpluit umbre, CRUCEM.  
Osculaq; effundens lacrymis seruentia dixit,  
TE nec non volui vivere, nolo mori.*

*Nolo*



Nolo mori sine TE; bona CRUX: Duce TE inuag<sup>is</sup>  
 Rhine

Cedere perperuos, TE Duce ad iue laras:  
 Sint lacryma testes voti sint oscula testes,  
 Membra q<sup>ue</sup> in amplexus officiosa tuos,  
 Dixerat & medijs amplexibus interfusa  
 Colsa mortalem mens cito fugit humum:  
 Certius aternam nequisset querere vitam:  
 Secum habuit vita non moritura Ducem:

Ignatius Dyckerus lib. 1. Epigram<sup>ma</sup>.  
 SACROR. LXXVI.

VII.

AMATORES CRUCIFIXI

à Purgatorio vel præseruantur, vel citius  
 ex eo liberantur:

97.

PRIOR quidam de Ordine Regulariū, PRIOR  
 cum versaretur in quadam corte Mo- Regularis  
 nasterij sui, & hospites collegisset; iam Anony-  
 que mensæ esset præparata, ipse sopore mus.  
 tam vehementi cœpit obrui, ut putaret  
 se moriturum, nisi dormiret. Quare  
 cum in lecto se reclinasset, mox quidam  
 eiusdem monasterij frater Conuersus, Conuersus  
 qui alteri gratiæ præerat, dormitanti Anony-  
 adfuit, dicens: Domine cum licentia mus.  
 vestra vado. At ille, quò vadis? Respon-  
 dit frater Conuersus; ad DEVM vado,  
 quia mortuus sum in hac hora.

Tum:



## 210 CHRISTVS CRVCIFIXVS

*Oratio  
conuersi.*

Tum Prior: Cum multi perfecti viri transcant prius per Purgatorium, quid est, quod tu tam absolutè dicis, te statim esse iturum ad DEVM? Ad quod ille respondit: Habui consuetudinem, vt quoties transirem coram CRVCIFIXO, hanc dicerem orationem: Domine per illam amaritudinem, quam sustinisti propter me in CRVCIFIXO, maxime, quando Anima tua egressa est de corpore tuo, miserere animam meam in egressu suo. Ex exaudiuit orationem meam Dominus, meique miserus est.

*Amarum  
separatio  
anima à  
corpore.*

Quæ fuit præterea Prior: Quomodo fuit tibi morienti? Respondit: videbatur mihi in agonia, quod totus mundus esset lapis vnus, & premeret pectus meum. O angustia! Verè dixisse potuit, qui asseruit, nullam in hoc mundo poenam amariorem esse separationis corporis & animæ.

*AMA-  
TRIX  
CRVCI-  
FIXI  
Anony-  
ma.*

PERSONA quædam CRVCIFIXI Amatrix consueuerat pro Animabus Purgatorij recitare quinquies Orationem Dominicam, & Angelicam salutationem, in honorem Quinque VULNERVM CRVCIFIXI, quæ etiam affectuosissimè eo fine suauitabat.



Fortè pium hoc opus exercens pro-  
 certâ quadam Anima, ad osculum Late-  
 ris, ecce cõspicit profluere sangui-  
 nem & aquam, de se vaporem quen-  
 dam expirantes. Quod erat indicium,  
 vt postea cognitum est, Animæ è flam-  
 mis Purgatorij liberatæ.

B. IOANNES *de Aluernia* obsecrare B. IOAN-  
 solebat, per interuentionem Sanctissi- NES *de*  
 morum CRUCIFIXI VVLNERVM à DEO *Aluernia*  
 misericordiam Animabus Purgatorij.  
 Et ecce aliquando tantum inde multi-  
 tudinem vidit prodeuntem, vt multitu-  
 dinem scintillarum à magna & arden-  
 tissima fornace exæquaret.

CHRISTVS D. post mortem in CRV-  
 CE perpeßam ad Limbum & Purga-  
 torium descendit, multasque inde ani-  
 mas liberauit; non tamẽ omnes, quas i-  
 bi reperit, vt exiltimat S. Thomas Aqui-  
 nas, & cum eo præcipui Theologi; sed  
 eas solummodò, quæ dum essent in cor-  
 pore, affectu teneriore fuerunt Amatri-  
 ces VVLNERVM CRUCIFIXI Domini.

Et sanè, quemadmodum virtus CRV- *Virtus*  
 CIFIXI, & illius PASSIONIS, nomina- *Passionis*  
 timque VVLNERVM sacratissimo- *& San-*  
 rum est infinita in dimittendis cul- *guinis*  
 pis, sic & infinita est, in satisfaciendo *Christis*  
 pro peccatis peccatorũ quorumlibet, &



*Ad remittendas  
pœnas.*

ijs maximè, quæ luuntur in Purgatorio. Ceterum, incredibile est mortalibus, quanto opere Animæ illæ desertæ & flammis catenis vndiquè circuminctæ, spem suam in CRVCIFIXI PASSIONE ac VVNERIBVS repositam habeant.

*Liberatio  
expedita à  
Purgatorio.*

Itaque si liberi esse velimus ab igne Purgatorii, de cuius acrimonia, ac inefabili violentia, saepe saepius est dictum ex Sanctis Patribus, & revelationibus minimè fictitijs, nec dicetur vnquam satis quia omnem dictionem vincit, Amemus, Colamus, Imitemur CHRISTVM CRVCIFIXVM. Quoniam ad ignis illius ardores mitigandos, immò, extinguendos, & ad euadendum quam primum, nihil est efficacius Sanguine, & satisfactione infiniti IESV CHRISTI, quæ Deuotione hac Amoris, Cultus, & Imitationis CRVCIFIXI fidelibus applicatur.

a. *Casarij lib. xii. histor. memor. cap. 51.*  
b. *Aloysius Siderens in Fascicula  
Myrrha lib. 1. Consa. 20.*



## VIII.

## AMATRIX CRUCIFIXI

*iuuat Christum in ferenda Cruce.*

**R**ELIGIOSO cuidam CHRISTVS olim apparuit, a. eique indicauit, quod nihil sibi gratus præstare posset, quam si se iuaret inferenda CRUCE. Tum modum adiunxit: si crebram Passionis suæ memoriam cum aliquo commiserationis sensu vsurparet.

98.  
Crebra  
Passionis  
memoria  
cum commiseratione.

Quæ ratio iuuandi CHRISTVM in ferenda CRUCE videri potest non omnino metaphorica. Quemadmodum enim si olim CHRISTO PATIENTI adfuisses, eique compassus esses, eius cruciatus te ipsa leuasses, eique CRUCE suæ baiulationem fecisses leuiorem: id ipsum etiam præstare potes: nec enim hodierna tua compassio minus illi tunc nota fuit, quam si eam illi præsens exhibuisses.

Auxilium  
proprium.

Cauet igitur Amator ne audiat expostulantem CHRISTVM sub Crucis onere. *Sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit. & qui consolaretur, & non inueni.* b. Sed dicit quotidie, *Memoria memor eo, & subsceet in me anima mea.* c. *Ludolfus de Saxonia de Pass. narrat.* d. Ps. 98. e. Thron. 3.

Expostulatio Christi.



IX.

## AMATOR CRVCIFIXI

99. *semper & ubique Deuotionem aliquam  
erga Crucifixum exercet.*

## EXEMPLA VARIA.

Orat quotidie bis:

IESVS CHRISTVS CRVCIFIXVS

*sit in cogitationibus, actionibus, loquutionibus meis.*

I.

ALEXAN-  
DER  
*Lusaguius  
Italus.*

ALEXANDER LVSAGVIUS, Nobis Italus, ductus deuotione interna erga Passionem Domini, mane, quam primum surgebat, & nocte cum iret cubitum, signans CRVCES frontem, aiebat: IESVS CRVCIFIXVS sit in meis cogitationibus. Deinde, signans os dicebat: IESVS CRVCIFIXVS sit in meis loquutionibus. Tandem, signans cor, inquebat: IESVS CRVCIFIXVS sit in meis affectibus. Quod faciebat quotidie infallibiliter, eratque eius consuetudo inuiolabilis. Itaque nihil cogitabat, dicebat, operabatur, quod non esset conforme voluntati CRVCIFIXI: & dominaba-



nabatur affectibus suis, omnium appetitionum malarum victor, & Potestatum infernalium Triumphator.

*Paulus Barij lib. Deuotio erga Crucifixum, cap. 2.*

II.

*Crucifixum è colle dependentem consulit ut Oraculum.*

**B**OLESLAVS III. Rex Poloniae a. è BOLES-  
 collo dependentem ad pectus gestabat LAVS III.  
 effigiem Patris sui aureae laminæ in- Rex Pol-  
 sculptum. Quod si negotium alicuius nia.  
 momenti occurrebat, aut faciendum  
 quid esset, apponebat Lamellæ manum,  
 dicebatque tacite: Amantissime Parens,  
 decet sane ut nihil aggrediar, nihil di-  
 cam, aut faciam, quod Tibi sit ingra-  
 tum, & tuo indignum nomine.

Quid ni idem in more habet Ama-  
 tor Crucifixi, quem dependentem in  
 effigie, admota manu, consulat, quando  
 dicendum quidpiam, vel faciendum,  
 de quo merito dubitat, an CRUCIFIXO  
 sit futurum gratum illoque dignum.

*a. Martin. Cromer. de rebus Polon.*



## III.

*Aspectu Crucifixi obliuiscitur dolorum  
suum.*

**S. LVD-  
GARDIS  
Ordin.  
Cister.**

**B.** LVTGARDIS Religiosa Ordinis Ci-  
sterciensis aspiciendo suum CRU-  
CIFIXVM, cum summis doloribus tor-  
queretur, obliuiscatur cruciatuum;  
atque ita habebat se, ac si nihil sentiret.  
Tantum poterat solus CRUCIFIXI in-  
uitus.

*In Vita.*

## III.

*Inter duas Crucifixi effigies sedet,  
iacet-ue.*

**B. VIC-  
TORIA.**

**B.** VICTORIA assueta frequenter in-  
tueri suum CRUCIFIXVM, indeque  
vires capere ad superandas tentatio-  
nes, moderandas passiones, & superan-  
dam quamlibet aduersitatem; tempore  
infirmittatis, ne vnquam auerteret ocu-  
los à Sponso suo, duas CRUCIFIXI effi-  
gies collocari iussit, vnã ad dexteram  
lecti spondam, alteram ad sinistram: ut  
in quamcumque partem se verteret  
nunquam oculos à Dilecto auerteret.  
Cessit hoc ei feliciter. Siquidem in



extremis constituta, cum insidiator  
 Dæmon impetū facere vellet, territus,  
 in quamcumque partem se daret, CRUCI-  
 FIXI aspectu recedere fuit coactus.

*Paulus Barry, c. 1.*

V.

*Crucifixum secum in vehiculo gesta-  
 torio deferre.*

**M**ARGARITA Lotharinga, Dux Alen- MARGA-  
 sonia, ne in itinere auelleretur ab RITA  
 intuitu CRUCIFIXI, illum locabat se- Lotharin-  
 cum in lectica, qua vehebatur. *Idem. ga.*

VI.

*Crucifixum in naui aspiciendum  
 proponit.*

**G**ABRIELIA Gadaigna, Comes GABRIE-  
 Cherusienfis, si nauigandum illi LIA GA-  
 esset, CRUCIFIXVM secum sume- daigna.  
 bat, & ponebat in naui loco opportu-  
 no, vt ab omnibus conspici posset.

*Idem.*



## VII.

*Crucifixum quotiescumque tranſit,  
ſalutat.*

**B. IACO-  
BVS. Se-  
xtius.**

**B.** IACOBVS Sextius, Ordinis S. Do-  
minici nunquam tranſibat CRVCFI-  
XVM in cubiculo, aula, conclavi loca-  
tum, quin ſalutaret. Idem etiam fac, in  
foro, platea, agro, via, denique vbicum-  
que tranſire contigerit.

*Paul. Barry.*

## VIII.

*Ante Crucifixum diutiſſimè orat.*

**S. MAR-  
GARIT-  
TA Hun-  
gara.**

**S.** MARGARITA Regis Hungariae filia  
ante CRVCFIXVM ſuum, quem præ-  
ferebat omnibus imaginibus, orabat à  
primo diei ortu uſque ad meridiem.  
Tanta erat illi inde dulcedo.

## IX.

*Crucifixum amanter respicit in vita  
& in morte.*

**S. GER-  
TRVDIS.**

**S.** GERTRVDIS à DEO fuit monita, vt  
in vita amanter respiceret CRVCFI-  
XVM, nec deſineret amanter respicere  
in morte; ſic fore, vt poſt mortem ſo-  
ciaretur Amatoribus CRVCIS.



## X.

*Non potest auelli ab aspectu  
Crucifixi.*

**S**ACERDOS Romæ est mortuus, ma- SACER-  
gnus Amator CRUCIFIXI, cuius de- DOS  
litæ erant, contemplari, salutare, oscu- Anony-  
lari CRUCIFIXVM: nec videbatur *missis*  
posse auertere oculos, ac multo minus  
cor à suo CRUCIFIXO. Is instar Sancti  
migravit ex hac vitâ. Splendebat mor-  
tuo facies, radiabat vertex, vultus erat,  
quasi Angeli conspicuus.

Volebant autem ad quos id specta-  
bar, vt aperto per chirurgos corpo-  
re, exploraretur morbi causa. Id fa-  
ctum. Sed nullibi reperit est in cada-  
uere Cor. Mirabantur Medici, homi-  
nem viuere potuisse sine corde, & ad-  
clamabatur, miraculum, miraculum.  
Cum ecce vnus ex præsentibus coniecit  
oculum in CRUCIFIXVM illum à defun-  
cto amatum, qui pendeat, in eodem,  
vbi sectio fiebat, conclauit, & videt ad  
pedem CRUCIFIXI illius COR humano  
simile. Quod miraculum superius exi-  
stimatum confirmauit. Quasi Christus  
ostendere voluerit, quod viuo homine  
à se auelli non potuit, nec eo mortuo à  
CRUCIFIXO abesse debere.

*Pal. Barry. l. c.*

K. 2.

Passo



*Pascitur meditatione Crucifixum  
Crucifixi.*B. IULIANA  
NA.

**B.** IULIANA Ordinis Seruitarum Tertiarum, paternam in domo crebris vigilijs, ieiunijs, victus vestitusq; austeritate quoddam monasticæ vitæ genus simulâs, quot hebdomadis diuino epulo reficiebatur: feriâ quarta & sexta nihil admodum cibi vel posionis admittebat, vnâ duntaxat Passionis Dominicæ factur. Sabbato autem solo pane & aquâ contenta, totum diem afflictæ DEIPARÆ cruciatibus tribuebat. Ea demum vsque ad eò dolorosa Passionis Dominicæ Mystera assidua retractatione cordi suo infixerat, vt ab obitu nudato pectoris ipsius impressam CRUCIFIXI effigiem deprehenderint.

*Liber Confraternitatis septem Dolorum  
B. V. Dolorosa.*

*Protestatur, nullum Christum se nosse  
prater Crucifixum.*

S. MARTINVS.

**S.** MARTINVS magnus ille Turonensium Episcopus, cum infernalis prestigiator CHRISTVM ementitus, cetera regio habitu illi se obtulisset, ita delusum dimisit, vt grauius affirmaret alium



alium nullum Christum se nosse, præter  
 CRVCIFIXVM. *Sulpiz. in Vita.*

X.

AMATOR CRVCIFIXI

*Loquitur amanter & confidenter omni  
 Crucifixo.*

S. DISMAS, bonus latro, cum Christo  
 Crucifixus, primus videtur fuisse,  
 qui amanter & cōfidenter loquutus est  
 cū CRVCIFIXO; *Domine memento mei,*  
*cūm veneris in regnum tuū. Luc. xxiii. 42.*

100.  
 I.

S. DIS-  
 MAS  
 Latro.

S. LAVRENTIVS IVSTINIANVS  
 ita ferè loquebatur cum CRVCIFIXO.  
 Optime Magister habeas mei memo-  
 riā, non solum vt intrem in regnum tuū,  
 sed vt compatiar Tibi, & particeps fiam  
 perpeffionum tuarum. Nam scio, quod,  
 qui hic partem habet Passionis, parti-  
 ceps erit Regni.

II.

S. LAV-  
 REN-  
 TIVS  
 Iustinia-  
 nus.

S. FRANCISCVS Assisias alloquens  
 CRVCIFIXVM, dicebat: Absorbeat o  
 bone IESV mentem meam ignita ac  
 melliflua vis amoris tui, vt Amore amo-  
 ris tui moriar, qui Amore amoris mei  
 dignatus es mori. O in CRVCE Te-  
 cum moriar!

III.

S. FRAN-  
 CISCVS.

S. FRANCISCO Xauperio hoc erat fa-  
 miliare ad CRVCIFIXVM alloquiū;  
*Domine IESV CHRISTE DEVS cordis*

IV.

S. XA-  
 PERIVS.



mei, per Quinque illa Vulnera, qua Tibi  
in CRUCE nostri Amor infixit, tuis fa-  
mulis subueni, quos pretioso Sanguine rede-  
misti.

V.  
B. AN-  
GELA de  
Fulgino.

B. ANGELA de Fulgino erat in  
praesentia dilecti Sponsi sui, & cum ea  
amanter loquebatur, & confidenter po-  
stulabat sibi indicari statum salutem-  
que animæ suæ. Cui CRVCIFIXVS. Per-  
uolue, & contemplare omnem Passio-  
nem meam, & me CRUCE adfixum, ac  
vide, an in me aliud videas, quam Ama-  
rem: verba, facta, cogitata omnia sunt  
Amoris.

VI.  
S. HED-  
WIGIS.

S. HEDWIGIS Dux Poloniae, cum  
in monasterio ageret, & in choro vlti-  
ma remaneret, obseruata quid ageret,  
inuenta fuit ante CRVCIFIXVM orans,  
dicensque amanter. IESU mi, da perse-  
uerantiam omnibus istis Virginibus,  
Sponsis tuis, Tibi tam fideliter seruien-  
tibus.

VII.  
PETRVS  
Martyr.

S. PETRVS Martyr Ordinis S. Do-  
minici, nulli hominum conquerebatur,  
cum illi aliquid aduersum, aut cõtume-  
liosum accidisset; sed coram CRVCIFI-  
xo suo, affectuosè querelas suas expo-  
nebat. Vt signatè factum est cum duo-  
bus annis patientissimè tulit à Conuen-  
tu suo absentiam.

B. THO.



B. THOMAS *Villanouanus* Ordinis VIII.  
 S. Augustini, Archiepiscopus Valenti- B. THO-  
 nus semper suum habebat refugium ad MAS Vil-  
 CRVCFIXVM, siue ad remedium, siue *lanoua-*  
 ad consolationem. nus.

Anno M. D. LV. die Purificationis B.  
 V. M. coram CRVCFIXO ita in simpli-  
 citate cordis confidentissimè est lo-  
 quutus. O IESV Domine mi, & sapiens  
 Gubernator: Si non esses meus DEVS,  
 dicerem equidem, quod malè mecum  
 ageres, permittendo me ita vexari à  
 meis subditis dioccesanis apud quos,  
 post meam consecrationem, iucun-  
 dum diem nullum habui. Sed volo, m̄  
 Domine, quod TV: fiat voluntas tua.  
 Cui CRVCFIXVS, Eia, fili mi, recipies  
 consolationem in die Natalis Matris  
 meæ. Sequitur est miraculum. Nam  
 CRVCFIXI mansit os apertum, ad eò vt  
 dentes nudati perma nserint, ita ad-  
 viuum, vt artifices periri imitari sa-  
 tis non potuerint.

B. MAGDALENA de PAZZIS, Floren- IX.  
 tina Virgo Carmelitana CRVCFIXVM B. MA-  
 manu præferens frequenter monasterij GD ALE-  
 ambitus, & loca publica ambulabat af- NA de  
 festuose CRVCFIXVM alloquens, di- PAZZIS.  
 censq; O IESV Amor! quid aliud est  
 IESVS quam Amor? O Sorores meæ



224 CHRISTVS CRVCIFIXVS  
contemplamini IESVM AMOREM  
Nostrum!

X.  
B. PE-  
TRVS  
Luxem-  
burgicus.

B. PETRVS Luxemburgicus, è Con-  
fraternitate Amatorum Christi CRV-  
CIFIXVM in manibus habens, identidè  
intuebatur, osculabatur, orabat. Pul-  
chrum spectaculum DEO, Angelis &  
hominibus. Quod exhibent in proces-  
sionibus multi Religiosi, Amatores  
CRVCIFIXI.

XI.  
BER-  
NAR-  
DVS Col-  
nagus.

BERNARDVS Colnagus Sacer-  
dos Societatis IESV cum coram CRV-  
CIFIXO induisset se vestitu Sacerdotali,  
antequam progredere ad aram cele-  
braturus dicebat verba, quæ Sacerdo-  
tes solent ad iniectionem casulæ: *Dom-  
no, qui dixisti, iugum meum suauis est, &  
onus meum leue, fac, vt istud portare sic  
merear, quod consequar tuam gratiam.*

XII.  
MARIA  
Stuarta.

MARIA Stuarta Regina Scotiae in  
fine vitæ, cum caput regium securi sup-  
poneret, CRVVLAM sibi earam tenuit,  
& cordi appressit: nec hæretico susur-  
roni Prædicanti dare voluit.

Quid inimicus Crucis Christi, &  
Crisi CRVCIFIXI? Cùm ei in extremis  
daretur auctus CRVCIFIXVS, vt ample-  
xaretur, & misericordiam postularet;  
illum ipse vendidit, vt inde nummulos  
aliquot corraderet. O Iscariotè! Ni-  
mirum,



mirum, in vitâ nil nisi numos adama-  
rat.

S. IGNATIVS Loyola ante CRUCI-  
FIXVM prostratus, ita cum illo loque-  
batur:

S. IGNA-  
TIVS Lo-  
yola.

*Anima Christi sanctifica me:*

*Corpus Christi salua me:*

*Sanguinis Christi inebria me:*

*Aqua Lateris Christi laua me:*

*Rassio Christi conforta me:*

*O bone IESV exaudi me:*

*Ne permittas me separari à Te:*

*Ab hoste maligno defende me:*

*In hora mortis mee voca me:*

*Et iube me venire ad Te:*

*Vt cum Sanctis tuis laudem Te*

*In secula seculorum Amen.*

CVIDAM magno Doctore, qui de  
habitu religioso deserendo cogitabat  
CHRISTVS, aut quispiam alius Diuo-  
rum Christum referens sub CRUCE fa-  
tiscentem, apparuit, ac vicariam ope-  
ram offerenti exprobrauit: tu tuam tu-  
nicam ferre non potes, & meam CRU-  
CEM ferre poteris? Idem tibi fortasse po-  
tiori titulo exprobrare possat: tu in-  
iuriam vnâ, tu asperitatis mini-  
mum ferre non potest, & meam CRU-  
CEM ferre poteris?

DOCTOR  
Anony-  
mus.



CI.

## AMATOR CRVCIFIXI

YOZ. peculiari affectu erga Lanceam, qua Cruci-  
fixi latus aperuit, fertur, eumque  
Officio Ecclesiastico ho-  
norat.

CVSPIS  
Lancea  
Domini  
co.

**I**N Monasterio SS. Nicolai & Me-  
dardi Ordinis S. Benedicti in Bra-  
uviler propè Coloniam Agrippinam  
seruatur, honoraturque CVSPIS LAN-  
CEÆ DOMINEÆ. Cuius veritatem ex-  
ploraturus Theodoricus de Morsâ Ar-  
chiepiscopus Coloniensis, cum Norim-  
bergam proficisceretur, eam compone-  
re voluit cum Lanceæ ferro, à quo dis-  
secta dicitur. Abbas verò, & Monachi  
metuentes detrimentum suæ sacre Cus-  
pidis, substituerunt simillimam speciem  
ab aurifabro fabricatam, quæ collata  
Sacre Lanceæ Norimbergensi Archiepi-  
scopum Theodoricum in fide Lanceæ  
confirmavit.

Officium  
Sacrae Lan-  
ceæ & Cla-  
uorum.

Quapropter idem Theodoricus in-  
stituit Officium LANCEÆ & CLAVO-  
RVM celebrari in diocesi Coloniensi,  
feriâ sextâ post octauam Paschatis, cum  
celeberrima amburbali Theophoria  
Colo-



Coloniensi, ad excidium hæresum : Si-  
quidem secta Hussitarum eo tempore  
strages edebat miserabiles.

An fortasse ob hunc erga CHRISTVM *Felicitas*  
in CRUCE LANCEATVM peculiarem af *Amatoris*  
fectum, Theodoricus Archiepiscopus, & *Culta-*  
totannis, quibus varia fortuna, & tem- *rus S. I. q. q.*  
pestatibus tactus tuit, vitam in regi- *cea.*  
mie protulit? nam præfuit d. c. cxi  
annis omnino XLVIII quos designat  
Poëta in epitaphio.

*Theodoricus erat firmus corpore mente  
Pulchrior, & lingua dulcis in orbe valetis.*

*Præsul Agrippinas nulli pietate secundus  
Magnificus factus, religione fide.*

*Octonus lustris totid. in labentibus annis*

*Præfuit Ecclesia, Pastor ubique bonus.*

*Egidius Gelenus lib. 3 in Magnitud.*

*Colon. Syntagm. 1. c. 15.*

---

¶ II.

AMATOR CRUCIFIXI

*ex peculiari affectu erga sacram Cuspitem,  
personam illi orationemq; patheticam  
ad fingit.*

102.

Lege, & vide, an non accommodatè

CVSPIS SACRA

ad Hastam.

Crudeles manus, crudelis tu quoque  
Hasta;

Quæ,



228 CHRIST. CRUCIF. HON.

Quæ, me, Christi præcordijs improbatam,  
adactam,

Fæliciter sepultam,

Ausa es reuellere.

Sperno aurum, illustremque diademate  
thecam,

Cælum, & Astra sperno,

Præ Christi Vulnere,

O si illuc iterum reddar,

Illo me tumulo condam,

Tumuloque titulum inponam

IMPROBA CVSPIS OLIM,

HIC, VBI FERRET AMOR,

SPICVLVM SVM FACTA AMORIS.

*Apud Ægid. Gelenium lib. 3. de Colonien.*

*Magnit. lib. 3. Syntag. 15.*

---

CIII.

AMATOR CRUCIFIXI

103.

**S**ubseribit Orationibus, Carminibus,  
Historijs, Disputationibus, alijsque  
ingenij & styli sui Monumentis. Quod  
lubens & volens facio:

AD MAIOREM DEI  
SANCTISSIMÆQUE CRUCIS  
GLORIAM,

HORO.



HOROLOGIVM  
AMATORVM

J E S V

CHRISTI CRUCIFIXI

IN STRENAM  
SODALIBVS MARIANIS  
COLONIENSIBVS

A B

*Amico Staurophilo  
Intellectu fabricatum,  
Adfectu donatum.*

ANNO M. DC. XLVIII.

*Kal. Januar.*

*Nos flendo ducimus horas.*

SODALES.



NVENIT ingeniosissimus Amor CRV-  
CIFIXI Horologium quoddam, quod  
ego sanè præfero Horologijs omni-  
bus Campanarijs, Solarijs, Aquarijs,  
L  
Aren-



Arenarijs. Dicitur *Horologium Passionis Dominice*,  
aut CHRISTI CRUCIFIXI sed non est vasus gene-  
ris, Triplex licet distinguere.

---

I.  
H O R O L O G I U M  
E V A N G E L I C U M  
*trium horarum.*

**I**N tres horas commodè dies dispartitur; ut, Pri-  
*ma* hora sit Matutina, quæ extenditur in Meri-  
diem. *Secunda*, Meridiana, quæ producitur in Ve-  
sperum. *Tertia*, Vespertina, quæ incipit à tenebris,  
& finitur cum tenebris. Illis tribus Horis signan-  
tur tria Mysteria PASSIONIS DOMINICÆ, quorum  
qui memoriam habet, recordatur omnium, quæ  
CHRISTVS passus est; nam exactissime repræsen-  
tant vniuersa.

Cernitur Venetijs ad Diui Marci basilicam  
Horologium elegans & mirandum; quod non  
modò horarum spacia, sed & Cæli ac Planetarum  
motus distinguit. Insuper, quotiescumque horam  
pulsu campana edicit, tres statuæ Magorum qui  
ab Oriente Christum adoraturi aduenerunt, ab  
vno latere ad aliud progrediuntur, & DEIPARÆ  
Virgini cum Puerio IESU fabricatæ ibidem trans-  
euntes profundam exhibent reuerentiam.

Sed quid hoc Horologium ad istud Patientis  
Christi D. in quo DEI & Hominis motus, con-  
uersiones, inuersiones, flagellationes, Illusio, Cō-  
spira-



PASSIONIS DOMINICÆ. 231

ſputatio, Crucifixio; Humanitatis imum, Diuinitatis ſummum, quæ ſunt planè infinita, fideliter re- præſentantur.

EST huius Horologij, quod eſt trium horarum Auctor CHRISTVS D. qui in Euangelio accuratè diſtinguit PASSIONEM ſuam in tres partes primarias, reſpondentes tribus illis horis. Siquidem Paſſus eſt Tria: Illuſiones ignominioſiſſimas, ILLVDIVR: Flagella atrociffima, FLAGELLAVR: CRUCEM acerbiffimam, CRUCIFIGETVR. Nam ad hæc Tria, tanquam Capita, reuocantur omnia, quæ paſſus eſt Dominus, & referuntur ab Euangeliftis.

ITAQVE, qui ſecundum hoc Horologium, quotidie Hora Matutina, renouabit memoriã Illuſionum, ſeu Verborum, ad ludibrium ſpectantium. Hora autè altera, quæ eſt Meridiana uſque ad veſperam deferet memoriã Flagellationum, ſiue Verberum. Hora denique tertia, quæ eſt Veſpertina Crucifixionis; ſemper habebit memoriã PASSIONIS DOMINICÆ, ac CHRISTI CRUCIFIXI. In omnibus operibus tuis memorare Nouiffima Redemptoris tui, & in æternam non peccabis.

II.

HOROLOGIVM

ARTIFICIALE

duodecim horarum.

CVM dies artificialis ſit ſpacium, in quo Sol, tendens ab Oriente in Occidentem, manet

L 2

ſupra



supra horizontem, quod fit horis XII. quæ sunt in die artificiali; ab his vocatur HOROLOGIVM ARTIFICIALE. Hoc vitur AMATOR CRVCIFIXI singulis diei horis reficando memoriam MYSTERIORUM PASSIONIS, quæ illa Hora contigerunt. Id quomodo fiat, intelligetur ex declaratione Horologij sequentis, cuius pars est Artificiale. Est autem

III.

## HOROLOGIVM

NATURALE

*viginti quattuor horarum.*

**T**OT enim horas habet dies naturalis, qui est spacium temporis, quo Sol integram motu raptus circumuolutionem absoluit. Hoc Horologium est perfectissimum, designans per horas XXIV. quibus CHRISTI D. PASSIO peracta est, quid in qualibet earum gestum fuerit: inchoando à vespera ferie V. vsque ad vesperam ferie VI. Secundum hoc Horologium, PASSIONIS Dies incipit ab occasu Solis. Et est illius, iuxta horarum numerum, hæc distributio

---

MYSTERIA XXIV.

PASSIONIS D.N.I.C.

*per totidem horas diei naturalis distributa.*

VESPERI.

**H**ORA 6. Pedes Discipulorum lauans.  
**H**ORA 7. Seipsum nobis in cibum tradens, & Eucharistiam instituens.



PASSIONIS DOMINICÆ. 233

Hora 8. In Horto orans, & sanguinem sudans.

Hora 9. A Judæis captus.

Hora 10. Ad Annam ductus.

Hora 11. Ad Caipham ductus.

Hora 12. Alapa coram Pontifice cæsus.

A MEDIA NOCTE.

Hora 1. Velatus, Ludibrio habitus, percussus.

Hora 2. A Petro negatus.

Hora 3. A falsis testibus accusatus.

Hora 4. Reus mortis proclamatus.

Hora 5. Vinculus ad Pilatum ductus.

Hora 6. Ad Herodem missus, & illusus.

Hora 7. Barrabæ postpositus.

Hora 8. Flagellis cæsus.

Hora 9. Spinis coronatus.

Hora 10. Ad populum à Pilato productus, & ag-  
diens: Ecce Homo.

Hora 11. Crucem oneratus, eam baiulans.

Hora 12. Inter duos Latrones Crucifixus. Orans  
pro inimicis.

A MERIDIE.

Hora 1. Matrem suam alloquutus. Joanni eam  
commendans.

Hora 2. In Cruce sitiens, & aceto potatus.

Hora 3. In Cruce expirans.

Hora 4. Scisso velo latere perforato de Cruce de-

Hora 5. Sepultus. (positus.)

His ferè horis hæc pro te passus est IESVS CHRIS-  
TUS. Cui ut gratus sis, si non potes pro his paria  
rependere, minimum singulis horis ea recolle, cum



ardenti Amoris, & amaro Doloris affectu. Itaque huius vsu Horologij viget quolibet momento diei, & noctis, si quis euigilet, Memoria PASSIONIS DOMINICÆ, & CHRISTI CRUCIFIXI. Ad quod plurimum conducit, si singulæ Horæ, siue Particulæ PASSIONIS, quattuor Punctis, veluti totidem Quadrantibus distinguantur, modo, qui sequitur.

---

## HOROLOGIVM

### AMATORIS CRUCIFIXI

*designans per Horas XXIV. quibus Christi Passio peracta est, quid in qualibet earum gestum fuerit. Inchoando à vespere feria V. ad vespeream feria VI. Singula verò Hora quattuor Punctis, veluti totidem Quadrantibus distinguantur.*

#### HORA I.

- I. **D**ominus IESVS CHRISTVS, comparatis omnibus per Petrum, & Ioannem, quæ ad esum Agni Paschalis erant necessaria, facit Pascha cœ Discipulis suis, præfatus verba amoris plena: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, ante quam patiar.*
- III. Post esum Agni recumbit mensæ communi, in qua exorta est contentio inter Discipulos de primatu, quæ statim à Domino graui oratione composita: *Reges gentium. &c.*
- III. Surgit deinde à cœna vix inchoata, ponit vestimenta



Alimenta, & linteo præcinctus, missa in peluim aqua, lauat, & abstergit pedes Discipulorum recumbentium. Petrum præ humilitate resistentem seuera comminatione castigat: *nisi laueris te &c.* inde omnes de superiore loco ad Humilitatem suo informat exemplo: *Scitis quid fecerim vobis, &c.*

IV. In ipsa cœna turbatus spiritu Proditorem denunciat. Ioanni ad eius latus accumbenti, & quis nam is esset, sciscitanti, buccella intincti panis designat. Nemo tamen discumbentium aduertit. In Iudam post acceptam de manu Christi buccellam intrat Satanas, & Iudas exit ad facinus conceptum perpetrandum: ac si cœlesti voce sibi indictum, ante Eucharisticam cœnam, quam mox instituturus erat Dominus, *foris canes.*

## HORA II.

- I. Judas cœnaculo egressus Magistri comprehensionem negotiatur apud Principes Sacerdotum. *Erat autem nox, cum hæc agerentur.*
- II. Post Cœnam communem Dominus, accepto de mensa pane, & vino, solemnibus, stansque verbis in Corpus, & Sanguinem suum, præmissa benedictione, & gratiarum actione ad Patrem, conuertit. Discipulis distribuit: eosque Ministros, & Sacerdotes tanti Sacramenti facit; *Hæc quotiescunque feceritis, &c.* Aliqui nec ipsum Dominum, à perceptione Mysterij, nec



Matrem, in alio conclavi cum mulieribus Pascha celebrantem, excludunt. Sunt, quæ nec Judam: Euangelistæ ambigunt loquuntur. Doctores variant.

III. Refectis cibo, potuque cœlesti Discipulis, longam ad eos Dominus habet exhortationem de perseverantia in fide, & iustitia: de mutua dilectione; de Patientia in persecutionibus, quas fore prædicit post suum abscissum; sed Spiritum Sanctum sui loco promittit: ac Patri tum ipsos, tum alios in se credituros commendat.

IV. Triplici Cœna, Legali, Communi, & Eucharistica exacta, absolutoque sermone, de more Deo laudes, & gratias agunt omnes solemnè formula, hymno, ut quidam putant, alternatim cantato.

### HORA III.

I. Christus Dominus, hymno dicto, Matri valedicens egreditur unà cum undecim Discipulis, oraturus secundum consuetudinem, in montem oliuarum, qui est trans torrentem Cedron, Sabbati habens iter, id est, unius ferè miliarij.

II. In via (quod & in cœna fecisse scribit Jo. & Luc. Irursum occasione arrepta monet Christus Discipulos de ipsorum fuga, & scandalo, data spe iterum eos reuisendi post suam resurrectionem.

III. Petro quoque alijs se præferenti: *Et si omni scandalo*



scandalizati fuerint in te, sed non ego, tristant negationem, ante secundum galli cantum, prædicat, omnes tamen in eodem animi proposito peristunt, sed non absque timore, existimantes comminatorie hæc sibi à Christo dici.

IV. Perueniunt hæc inter se volentes in Villam Gethsemani ad Prædium eiusdem nominis, in quo erat Hortus Christo ad orationem nocturnam familiaris, & fortassis alicuius ex Discipulis occultis.

HORA IV.

I. Jussis alijs certo in loco consistere, & ad vigiliam stare propter imminentem tentationem, Christus assumit secum Petrum, Jacobum, & Joannem, eisque communicat suam lethalem tristitiam, pauorem, & tædium.

II. Ab his etiam, sed paruo tractu, auellitur. Et progressus pusillum, quantum iactus est lapidis, se prostermit in genua, ac in faciem proci-dens cum magna reuerentia, constantia, & in-differentia ab omnibus in oratione imitanda, Patrem orat, proponens illi quid sensus, quid ratio in tantis angustijs dictaret, il-lud identidem repetens: *Non mea, sed tua fiat voluntas.*

III. Intermittæ oratione, de Discipulorum salute sollicitus ad illos venit. Omnes somno deditos reperiens: ait Petro: *Sic non potuisti una hora vi-gilare?* idemque repetit alijs exprobrans tacite eorum promissam fidem.



IV. Ita samen bonus Magister temperat correptionem, vt carnis infirmitatem excuset, commendet spiritus promptitudinem: hortatusque eos deinceps ad vigiliam, & orationem, ipse ad suam orationem prosequendam redit.

## HORA V.

I. Reuertitur secundò Christus ad Discipulos, vt videret quid agerent, & vt consolationem aliquam caperet ab eorum consortio, vbi dormientes videret præ tristitia, nihil addit: sed tertio ad orationem reuertitur.

II. Implente tristitia cor Christi ob impendendum malorum præsentiam, & absentiam omnis humanæ, diuinæque consolationis, factus in agonia prolixius orat. inter orandum Sanguinẽ sudat, quem hinc angor, inde Amor eliciunt in magna copia: *Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.*

III. Apparet illi missus de cœlo Angelus confortans eum, multis, ijsque efficacibus rationibus nobis omninò ignotis: iacentemque solo erigit: abstergit sudorem, atque ad pugnam animat.

V. Excluso cum sanguine omni timore, & tristitia à Christi pectore, ad Discipulos pergit, & adhuc graui somno eos laborare conspiciens aliquid eorum infirmitati indulget: & dormire tantisper permittit vsque ad Judæ aduentum.

## HORA VI.

I. Judæ aduentante, iubet Dominus Discipulos de



PASSIONIS DOMINICÆ. 139

de somno surgere, secumque illi obviam ire. Ipse præcedit.

II. Judas passibus aliquot antecedens milites, ne simul cum illis venisse in hortum videretur, utque suam prodicionem tegeret, Magistrum salutat in osculo fictæ pacis. Christus osculum non declinat; sed prodicionem retegir: *Juda osculo filium hominis tradis*; eoque relicto ad milites progreditur.

III. Judas ubi se iam reiectum videt, ex occulto hostis manifestus fit, reditque ad milites. Christus vero sese illis offert, & se querentibus respondet: *Ego sum*; qua voce tanquam fulmine percussis, tam milites, quam Judas abierunt retrorsum; & ceciderunt in terram, sed inde magis irritari, unde magis mirefcere debuerant, Juda instigante, manus iniiciunt in JESUM.

IV. Petrus promissi memor, & casu militum animosior factus, perita à Domino, sed non expectata facultate, ferrum stringit in confertam multitudinem, casumque librans in caput eius, qui primus Magistrum aggredi parabat, ictu aberrante abscidit Malcho aurem dexteram, Christus Petri ardorem cohibet; Malcho aurem restituit.

HORA VII.

I. Christus facta militibus potestate se capiendi, & Discipulos dimittendi, comprehenditur, ac ligatur. *Tunc Discipuli omnes*, quod nec Magistro auxilio esse possent, utque propriæ salutis



consulerent, reliquos in manus hostium, fugerunt.

II. Milites Christum multis affectum iniurijs, plagisque ac fortiter catenis constrictum, ne claberetur, in Urbem perducebat exultantes, tanquam victores capta prada.

III. Ille, sicut ovis ad occisionem ductus; & quasi agnus coram tondente se obmutescit, & non aperit os suum. stipatus undique à militibus.

IV. Petrus, & Joannes (si non alius) amore magistri, sed mortis timore Christum à longè sequuntur, videntes à ministris Christi quoque affectas teneri, adolescens comprehensus relicta sindone profugit ab eis.

## H O R A. VIII.

I. Christus ad Annam primum sistitur, vel quia primus in via, vel honoris gratia, quia socer Caiphæ. Annas nihil in illum statuit, sed, ut erat, ligatum ad Caipham Pontificem mittit.

II. Apud Caipham falsis conquisitis testibus accusatur, testimonia nec convenientia, nec ad rem facere.

III. Interrogat Pontifex Christum de Doctrina, & de Discipulis. Christus de Doctrina provocat ad Auditores, & ad inimicos Judices, de Discipulis silet, non absque causa. Unus assistens ministrorum, ut Pontifici adularetur, tamquam eius honoris vindex, dat alapam JESU, dicens: Sic respondens Pontifici? cui Christus nil animo commotus: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me caedis?

IV. Cit.



IV. Circa hoc tempus post mediam noctem, & primum gallicantinium Petrus dum cogitabundus sedet foris in atrio ad Ancillæ interrogationem Christum prima vice negat; gallus statim canit; ille non aduertit.

H O R A IX.

I. Pergit Caiphas Christum examinare iure iurando interposito, vt palam fateatur, sit ne ipse Messias in lege promissus, & Dei filius affirmat Christus, seque orbis iudicem futurum protestatur.

II. Ad hæc Pontifex tamquam ad immanem, & execrandam blasphemiam, sciudit, seu diffibulat vestimenta, & exclamat: Blasphemauit. Accusatores in testes, & iudices aduocat: *Audistis blasphemiam? quid vobis videtur?*

III. Pontifici applaudunt omnes, & Christum diuinæ maiestatis læsorem, dignumque mortis supplicio pronunciant.

IV. Tunc legis, diuini que honoris zelo illum vt hominem Deo iniurum expuunt, execrantur, ministrisque illudendum committunt.

H O R A X.

I. Petrus de rerum euentu sollicitus, dum hæc illac discurrit, sub atrij vestibulum rursus ab alia ancilla, deinde ab alio quopiam vili homine interrogatus, negat secundo Christum.

II. Milites, & ministri Sacerdotum, dum Christi causa ante Caipham agitur, eum in aulam de-



ductum varijs onerant contumelijs ; alij in faciem expuunt : alij pugnis , palmisq̄ue verberant : alij fustibus , crepidisq̄ue cædunt , barbam , capillosq̄ue expilantes.

III. Alij, vt liberius in eum probra, & contumelias iaciant, nec ab eius placido, modestoque vultu ad pietatem flectantur, faciem eius velat, & veluti falsum Prophetam iridentes, datis alapis interrogant: *Propheta Christe, quis est, qui te percussit?*

IV. Hæc, & alia multa blasphemantes dicebant, & faciebant in eum per totam reliquam noctem; qui cum Propheta dicebat: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerri ab increpantibus, & conspuentibus in me.*

## H O R A X I.

I. Alijs somno, alijs vino deditis, Christus inter ludibria, & verbera, insomnis, & ieiunus perseverat saturatus opprobrijs.

II. Petrus ad ignem cum militibus, & ministris nunc stando, nunc sedendo, dum ab alijs interrogatur, ab alijs conuincitur esse Christi discipulus, iterum, iterumq̄; negat: negationi addit iuramentum: iuramento imprecationes.

III. Gallus secundo canit: negantem arguit. Christus siue externo intuitu, siue interno, siue vtroque potius, Petrum respicit. Ille in se reuerfus Christi prædictionis recordatur: cœpitq̄ue secum tacitus flere.

IV. Sed



IV. Sed præ nimio doloris æstu singultus, & e-  
iulæus continere non valens, egressus foras. seq.  
in antrum condens, *fleuit amare*. Nec inde egre-  
ditur, donec Christus à morte resurgens illi ap-  
paret.

## H O R A XII.

- I. Mane iam factò, cogit Pontifex plenum, ma-  
gnumque Concilium, quod Sanedrim diceba-  
tur, in quo de Christi causa pleno iure decerni-  
tur.
- II. Pontifex adductum Christum in medium  
denuo interrogat: an sit ipse Filius Dei. Chri-  
stus vultu graui, & imperterrito confirmat,  
ratumque habet, quod in primo noctis exami-  
ne affirmauerat.
- III. Concilium secundò conuictum proprij oris  
confessione, Christum brachio seculari traden-  
dum statuit, & ad Pilatum Præsidem perueni,  
vt in eum mortis sententiam ferat.
- IV. Iudas audita magistri damnatione, infelici  
pœnitentia ductus adit Sacerdotum Principes:  
ab his repulsus, projicit acceptos argenteos in  
Templo: ac de sua salute desperans, laqueo se  
suspendit, crepatque medius diffusis visceribus.

## H O R A XIII.

- I. Principes Sacerdotum, & Scribæ Christum  
apud Pilatum in multis accusant. 1. Quod po-  
pulos sua perniciofa doctrina subuerteret. 2.  
Quod



- Quod prohiberet tributa dari Cæsari. 3. Quod se Messiam Regem Iudæorum faceret.
- II. Pilatus iubet Christum coram populo respondere ad obiecta, & accusationes aduersariorum. Ille constanti silentio tacet: *ita ut miraretur Præses vehementer.*
- III. Ingressus in Prætorium Pilatus, secumque adductum IESUM, ceteris prætermittis, inquit tantum de ipso Regno. *Tu es Rex Iudæorum?* ait Christus se Regem esse, sed Regnum suum non esse de hoc mundo.
- IV. Hanc veritatem dum studet Pilato insinuare, Pilatus animo in alia omnia occupato, eam importunam narrationem reputans, & audire fastidians, dicit: *Quid est veritas?* Christi que oratione interrupta redit ad Iudæos extra Prætorium.

## HORA XIV.

- I. Pilatus Christum, vel fatuum ab ipsius taciturnitate, vel innocentem ab auditis sermonibus interpretans, aperte ad Iudæos loquitur: *Ego nullam inuenio in eo causam, vnde illum morti dedam.*
- II. Reclamant Principes Sacerdorum, & iteratis vocibus urgent, Christum esse morte dignum: quod populos undique subuertisset, incipiens à Galilæa per totam Iudæam vsque ad Ierosolimam.
- III. Pilatus audiens Galilæam, rogat de Christi patria: respondent Galilæum esse, & de Herodis Regis potestate.



IV. Cognoscens autem Pilatus, Christum ad Herodis iurisdictionem pertinere: ut una, eademque via à se omnem invidiæ causam remoueret, & Herodi gratificaretur, cum quod odia, & inimicitia intercesserant, & fortè ob iurisdictionem vsurpam, ad illum causam omnem delegat.

HORA XV.

I. Herodes viso IESU, quem ex multo tempore videre cupiebat, & solum de fama miraculorū nouerat, gaudet vehementer: pluribusq; illum excipit lætitiæ significationibus, sperans aliquod signum, videre fieri ab eo, tamquam ab insigni aliquo præstigiatore.

II. Apud Herodem Christum constanter accusant Principes Sacerdotum. Herodes multis illum, sed vanis, & curiosis sermonibus interrogat. Christus neque hunc, neque illos vlla responsione dignatur.

III. Herodes ex tam pertinaci Christi taciturnitate vel illum amentem: vel se sperni ratus, eum & ipse spernit cum aulicis suis: indutumque albo paludamento, sed valdè detrito, & potius ut Regem fictum, quam prætens criminis reū ab se ignominiosè repellit, & ad Pilatum remittit.

IV. Fiunt eodem die amici Herodes, & Pilatus dum in causa tanti momenti, alter alteri defert, sui que cedit Jurisdictioni.



- I. Pilatus videns Christum nec ab Herode moti damnatum, nec à se iure damnandum, solumque Judæorum invidia, & odio rem tractari, satagit eum vijs omnibus liberare. agitq; apud Magistratum, & Plebem de eò dimittendo, pœna tamen aliqua, si quid in illos ignoranter peccasset, multato. Sed hi minimè acquiescunt.
- II. Mos erat apud Judæos in Paschate populi arbitrio dimitti à Præside aliquem ex victis. Pilatus proponit illis JESVM hominem à se innocentem habitum, & eum illo componit Barabbam hominem facinosum. Turbæ, Sacerdorum suasu, petunt virum homicidam donari sibi, auctorem vero vitæ donari morti.
- III. Ea spe delusus Pilatus, excogitat quid acerbius in Christum, vt vel sic efferatam Judæorum rabiem exaturet, eumque à morte eripiat. iubet illū nudato corpore in conspectu omnium grauitè flagellari, vt ea esset totius accusationis integra pœna, nec Judæi maiorem exigerent. Flagellorum varietas multiplex. Jctuum numerus sine numero, & mensura: *Congregata sunt super me flagella, & ignoravi grauitas, qualis nec animo concipi: & à sauitia carnificum mercede corruptorum, à dæmonum, hominumque inimicorum odio, & instigatione in carne tenerrima æstimari potest.*
- IV. Milites ad maiorem ignominiam addunt de suo post flagella, spineam coronam, clamydem



dem coccineam, arundinem in manu pro sceptro: inde ut scenz Regem Hexo genu adorât, expuuit, & arundine verberant.

## HORA XVII.

I. Hoc ludicro Regis apparatu Pilatus Christum spectandum populo proponit, sperans certo illius dimissionem impetrare. *Exiit ergo IESVS portans coronam spinem, & purpureum vestimentum, non sine arundineo sceptro. & dicit eis Pilatus, vel compatiendo, vel contemnendo. Ecce Homo.* Principes, plebis inconstantiam verititeratis vocibus præoccupant clamantes: *Crucifige, Crucifige eum.* Pilatus obtendit Christum toties examinati innocentiam: illi obijciunt usurpata Diuinitatem: *Quia filium Dei se fecit.*

II. Hactenus sola innocentia Pilatum continuerat à ferenda in Christum mortis sententia. nunc, addita noua suspitione Diuinitatis, magis absterretur, eumque denuo examinat de eius familia, & natalibus, ab eoque inquit? *unde es tu?* atque ex illius responsione potius actoris, quam rei, Judicis arrogantiam reuoluentis, ac peccati arguentis, diuinum quid, ac hominem supra in eo subodoratus, omninò statuit Christum dimittere. Judæi minabundi iuclamant: *Si hunc dimittis, non es amicus Cesaris.*

III. Quem Christi examinata, & probata innocentia, ac in eo Diuinitatis opinio iusti, rectique tenacem fecerat, Cesaris gratia, & huma-



nus timor statim frangit, ac deiecit mutata igitur voluntate. *Pilatus adiudicavit fieri petitionem Iudæorum.*

IV. Ergo sedens Pilatus pro tribunali, putat satisfactum suo muneri, si manuum lotionem suam coram populo, Christi que innocentiam probet Tum, vociferantibus Judæis: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros, Christum ad Crucem damnat, eis que crucifigendam tradit: non Deum, non Conscientiam, non vxoris, multa propter Christum per visum passæ, monitum reueritus. Tantum potuit in homine Iudice hominum respectus!*

## H O R A XVIII.

I. Christus morti damnatus Crucem humeris balneat. multo que militum, barbarum que comitatu montem Caluarie subit. in via sub Crucis pondere, ob virium debilitatem, & trahentium seuitiam, non semel labitur. adiuuat angarius Cyrenæus. *Crucem portare post IESVM. offerre sudarium Veronica. Mulieres illum lamentantur: vetat Christus se defferi. Mater cum Joanne fit obuiam: utrinque pro vocibus lachrymæ: & suspiria.*

II. In monte Caluarie vino myrrhato cum felle mixto potatur. gustat, ne gustus sua careat Crucis. gustatum tamen non bibit, quod nec caret mysterio.

III. Vestibus non sine acerbò dolore, & vulnèrum renouatione, nudatur: nec repugnat. *super subiectam*



iectam Crucem iubetur extendi: obedit. Cruci clavis affigitur: sese in holocaustum pro totius mundi peccatis offert. quod accidit sub finem horæ tertix, & initium horæ sextæ.

IV. Inter brachiorum, pedumque extensiones sui oblitus pro Crucifixoribus orat, eorum excusans ignorantiam: *Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.*

HORA XIX.

I. Cruci causa mortis affigitur scripta litteris Hebraicis, Græcis, & Latinis. HIC EST JESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. contradicentibus, sed frustra, Judæis apud Pilatum. In altum extollitur Christus, ingens sic tubarum plausus. Mater cum Joanne, & mulieribus spectant à longè non absque ingenti dolore, & luctu tam ferale spectaculum.

II. Cum Christo crucifigunt ad maiorem eius ignominiam *alios duos hinc, & hinc, medium autem IESVM*, ut latronem maximum, & latronum caput.

III. Milites Christi vestē in quatuor partes diuidunt, quamuis pauperem, & cruentaram, quod in ea sanitatum virtutem, ut quidam putant, inesse existimarent. tunicam inconsutilem desuper contextam per totum, hoc est, ut alij interpretantur, & loquuntur, totam commissuris appetiatam, integram sortiuntur.

IV. Christus in Cruce nudus & prætereuntium, & adstantium varijs sannis, & irrisionibus pender



pendet expositus. Sol ne pendentem, nudum-  
que suum videret Dominum, neque irridenti-  
bus Judæis lucem præberet suam, præter natu-  
ræ ordinem radios contrahit, tenebræ ab hora  
sexta vsque ad horam nonam totam occupant  
terram.

## H O R A . X X

- I. Has inter tenebras vni ex latronibus antea  
cum socio in Christum iniurio, postea Confes-  
sori, lux de cælo oboritur. Deum in Christo  
agnoscit, Regem fatetur. socium blasphemam-  
tem corripit. se fontes, illum in fontem de cru-  
ce prædicat, ei se commendat; cui Christus:  
*Hodie mecum eris in Paradiso.*
- II. Matrem, quam procul a Filio lux arcebat, te-  
nebræ inuitant, securamque reddunt, vrad  
Crucem accedat. Stat Mater iuxta Crucem cum  
Ioanne animo constanti, & ad omne vitæ dis-  
crimen parata: seque suamque filium Patri of-  
fert pro mundi redemptione.
- III. Christus de Cruce Discipulum Matri in fi-  
lium: Discipulo in Matrem tradit: in Ioanne  
fideles omnes Mater in filios recipit: *Et acci-  
pit eam Discipulus in sua.*
- IV. A Patre, dum plures psalmos in cruce Chri-  
stus sub silentio orando percurrit, inchoans  
psalmum XXI. se in tormentis derelictum alta  
voce clamat: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereli-  
quisti me?*



## HORA XXI.

- I. Christus fatigatus ex itinere, longaque inedia, atque ob nimiam sanguinis effusionem vehementi siti, sed vehementiore, quæ ab hominum salute veniebat, cruciatus, dicit: *Sitio, miles spongiam aceto plenam, & arundini hyssopo circumligatam admouet ori eius.*
- II. *Cum ergo accepisset IESVS acetum, videns iam consummata omnia, quæ à Patre decreta, quæ in Scripturis prophetata, & quæ dæmonū, hominumque malicia de se voluit, dixit: Consummatum est.*
- III. Tandem se, suamque Ecclesiam, quam suam animam, suumque spiritum amoris affectu dicere potuit, Patri iam iam moriturus commendans, voce magna exclamat: *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.*
- IV. Clamori valido addit lacrymas: & inter lacrymas inclinato ad Matrem capite, *factus obediens vsque ad mortem voluntariè emittit spiritum.*

## HORA XXII.

- I. Christo vita functo Velum Templi scinditur. Terra mouetur. Petræ rumpuntur. Sepulera aperiantur. Multa Sanctorum corpora resurgunt. Lux diei restituitur.
- II. Centurio demum glorificat: Christum non modò hominem Iustum, sed & Filium Dei publica fatetur voce.

III. Tur-



III. Turbæ stupentes ad hæc spectacula, in Vibem reuertunt, præ dolore, & timore percussantes pectora sua.

IV. Mulieres Christi sectatrices, & noti eius, præter Matrem & Discipulum, à longè stant hæc aspicientes.

## H O R A XXIII.

I. Latronibus adhuc in Cruce spirantibus, crura fastibus franguntur, & deponuntur, *ut non remanerent in Cruce corpora Sabbato.*

II. Christo iam demortuo lancea latus perfoditur. Sequitur de vulnere sanguis, & aqua. Viuentis Matris animam, quæ Filio cõfixa erat Crucis, sed amoris clavis, doloris gladius pertransit, animæ sic vulneratæ sanguis erant lachrymæ.

III. Joseph ab Arimathæa intercedit apud Pilatû sibi que petit dari corpus JESV ad sepeliendû. Pilatus de eius obitu à Centurione factus certior, permittit de Cruce tolli.

IV. Adest & Nicodemus supremis Christi honoribus, ferens secum mixturam myrrhæ, & aloes, ad condiendum eius cadaver.

## H O R A XXIV.

I. Christus de Cruce tollitur, suam præstante operam Joseph, Nicodemo, & Joanne; & in dolentis Matris sinu deponitur.

II. Dolet Mater super Filio vnigenite: fouet brachijs: lachrymis rigat; osculatur Vulneta: linteis que capitis abstergit cruorem. *Quæ tunc illi*



PASSIONIS DOMINICÆ. 253

mens? qui vultus? qui affectus, & voces? credibile est operuisse caput, & clamasse voce magna: *Fili mi, IESV, IESV fili mi: quis mihi tribuas, ut ego moriar pro te, IESV fili mi, fili mi IESV.*

III. E sinu matris Sanctum Corpus elatum, & aromatis conditum, sudario ad faciem apposito, linteo mundo obuoluitur: & ad locum sepulturæ pro amicorum officio deportatur.

IV. Reconditur Christus sepulchro nouo, in petra exciso, & in quo nondum quisquam positus fuerat. aduoluitur lapis ingens ad ostium monumenti. Mater flens, eiulansque cœnaculum cum alijs reperit, cum filio cor depositum relinquens, spem tamen resurrectionis eius in sinu suo repositam secum ferens.

\* \* \*

FACTVMQVE EST VESPERE,  
ET MANE DIES VNVS.

M

MEMORIE



MEMORIALE  
CHRISTI PATIENTIS  
QVOTIDIE DEVOTE  
percurrendum.

MAXIME

*Tempore SS. Communionis, in qua recolitur  
Memoria Passionis eius.*

**D**omine JESV Christe, qui in horto ter Patrem orans factus in agonia Sanguinem sudasti: Et à Juda osculo proditus fuisti. Miserere nobis. *Pater Noster.*

Domine JESV Christe, qui à Discipulis fugientibus derelictus: Et à militibus comprehensus, & ligatus ad Annam ductus fuisti. Miserere nobis. *Pater Noster.*

Domine JESV Christe, qui in domo Caiphæ falsis testibus accusatus: alapa percussus: & per totam noctem illusus à Petro ter negatus fuisti. Miserere nobis. *Pater Noster.*

Domine JESV Christe, qui in domo Herodis accusatus, & interrogatus nihil respondisti: Et ab eius exercitu spreus veste alba indutus fuisti. Miserere nobis. *Pater Noster.*

Domine JESV Christe, qui in domo Pilati calumpniatus: examinatus: Barabbæ postpositus: Agellus



PASSIONIS DOMINICÆ. 255

gellis cæsus: spinis coronatus fuisti. Misere nobis. *Pater Noster.*

Domine JESV Christe, qui morti damnatus Crucem baiulans Matri dolenti in via occurristi. Misere nobis. *Pater Noster.*

Domine JESV Christe, qui in monte Caluarie nudus inter duos latrones crucifixus fuisti: Et cū clamore valido, & lacrymis Patri spiritum commendans inclinato ad Matrem capite Expirasti. Misere nobis. *Pater Noster.*

¶ Adoramus te Christe, & benedicimus Tibi.

℟. Quia per Sanctam Crucem, & Passionem tuam redemisti mundum.

*Oremus.*

**D**eus, qui nobis in Sancta Sindone, qua corpus tuum sacratissimum de Cruce depositum à Joseph involutum fuit, Passionis tue vestigia reliquisti. Concede propitius, ut per Mortem, & Sepulturam tuam ad Resurrectionis gloriam perducamur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.





ORATIONES  
SELECTÆ

ad

CHRISTVM CRVCIFIXVM.

AMATOR CRVCIFIXI

*Mansu expurgatus munit se Signo SANCTÆ CRVCIS  
dicendo*

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.  
Deinde, iunctis manibus ante pectus, & dicto  
Amen.

Benedicta sit Sancta & Indiuidua TRINITAS  
nunc & semper, & per infinita secula seculor-  
um. Amen.

Dum surgit, corpusque vestit, atque componit,  
dicit hanc oratiunculam.

**I**N nomine Domini Nostri IESV CHRISTI CRV-  
CIFIXI surgo, qui me redemit suo precioso SAN-  
GVINE, ipse me & benedicat, regat, custodiat, at-  
que confirmet in omni bono opere hodie & quo-  
tidie, & post hanc miseram, lamentabilem,  
vitam perducat æternam. Amen.



Tum Signo S. CRVCIS se signans, vsurpat illam  
ab antiquis SS. Patribus Dæmonis abrenuncia-  
tionem.

Abrenuncio tibi, Satan: adhæreo Tibi JESV  
CHRISTE CRVCIFIXE. JESVS Nazareus Rex Ju-  
dæorum, titulus triumphalis defendat me ab om-  
nibus malis. Sancte DEVS, Sancte fortis, Sancte &  
Immortalis miserere mei.

## O R A T I O

ad

D. JESVM CRVCIFIXVM

*de singulis Passionis articulis.*

**D**EVs, qui pro redemptione mundi voluisti  
nasci, circumcidi à Judæis reprobari, à Juda  
traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut A-  
gnus innocens ad victimam duci, atque conspe-  
ctibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecen-  
ter offerri, à falsis testibus accusari, flagellis & op-  
probrijs vexari, spuris conspui, spinis coronari,  
colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, ve-  
stibus exui, CRVCIS clavis affligi, in CRUCE leuari,  
inter latrones deputari, felle & aceto potari &  
lancea vulnerari.

Tv, Domine, per has sanctissimas pœnas tuas,  
quas ego indignus recolo, & per Sanctam CRV-  
CEM & MORTEM tuam libera me à pœnis inferni,  
& perducere digneris, quo perduxisti Latronem

M. 3

secundum



ecum crucifixum. Qui cum Patre & Spiritu Sancto  
 esto uiuis & regnas in secula seculorum. Amen.

Adoro Te Domine IESV CHRISTE CRVCIFIXE,  
 & benedico Tibi, quia per CRUCEM tuam redemisti  
 mundum.

Auditâ quavis hora, aperto capite, CRVCIFIXI  
 signo se munit, & in museo, aut cubiculo in CRVCIFIXI  
 effigie QVINQVE VVLNERA oscularur ore,  
 alibi, & inter alios, mente, dicitque: PASSIO D.  
 Nostri IESV CHRISTI CRVCIFIXI custodiat ani-  
 mam meam in vitam æternam. Amen.

O bone IESV pro me CRVCIFIXE offero Tibi  
 cor meum.

Tempore tentationis, vel aduersitatis, cum  
 impressione Signi Sanctæ CRVCIS dicit confidens:

Ecce CRUCEM Domini, fugite partes aduersæ.

In Te, Domine, pro me CRVCIFIXE speravi, non  
 confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Esto mihi in DEVM protectorem & in domum  
 refugij, vt saluum me facias.

VESPERI cubitum concedens, munit se Signo  
 CRVCIS, & orat In nomine Patris, & Filij, & Spi-  
 ritus Sancti. Amen.

Benedicta sit Sancta & indiuidua TRINITAS,  
 nunc & semper, & per infinita seculorum secula.  
 Amen.

Facto Signo CRVCIS lectum ingreditur, dicens.  
 In nomine Domini Nostri IESV CHRISTI CRVCIFIXI  
 cubitum eo, qui me redemit suo precioso



SANGVINE: ipse me ꝑ benedicat, regat, custodiat,  
& post hanc miseram & lamentabilem ad vitam  
perducatur æternam. Amen.

Deinde subdit. Abenuncio tibi Satana, ad-  
hæreo Tibi D. IESV CHRISTE CRUCIFIXE. JE-  
SVS Nazareus Rex Iudæorum, titulus triumphali-  
s defendat me ab omnibus malis. Sancte DEVS,  
Sancte fortis, Sancte & Immortalis miserere mei.

## M O D V S

*quo salutat quotidie Sacratissima*

## VVLNERA CRUCIFIXE.

I. Dulcissime IESV adoro Vulnus manus tuæ dex-  
træ. Da mihi, quæso, victoriam de meipso, &  
gratiam extirpandi ex corde meo omnia vitia  
& inclinationes malas. Recomendo Tibi in  
hoc Vulnus vniuersalem Sanctæ Ecclesiæ sta-  
tum, conuersionem infidelium, & reductio-  
nem ad eandem omnium hæreticorum. *Pat. N. Ave Maria.*

II. Patientissime IESV adoro Vulnus manus tuæ  
sinistræ. Rogo Te, da mihi patientiam in om-  
nibus aduersitatibus, & largire mihi fortitudi-  
nem in extremo vitæ momento, & gratiam e-  
uitandi mortem æternam. In idem Vulnus  
tuum Sacro-sanctum commendo Tibi tuos v-  
triusque sexus fideles. *P. N. Ave.*

III. Amabilissime IESV adoro sacratissimum  
Vulnus pedis tui dextri. Da mihi, quæso gra-



tiam progrediēdi semper in melius in via tuorum sacratissimorum mandatorum, in operibus bonis, & augmento omnium virtutum secundum tuam sanctissimam, & diuinam voluntatem. In idem sacratissimum Vulnus commendo Tibi omnes Ecclesiasticos, & vtriusque sexus Religiosos. P. N. Aue.

IV. Benignissime IESV adoro sacratissimum Vulnus pedis tui sinistri. Obsecro Te libera me ab omnibus periculis tam animæ, quam corporis, & da mihi gratiam effugiendi omnia peccata, & peccandi occasiones. In idem Vulnus sacratissimum recomendo Tibi omnes meos benefactores, propinquos, amicos, inimicos, & omnes omnino pro quibus orare te precor. P. N. Aue.

V. Amabilissime & misericordissime IESV indignissimus ego in tuo conspectu peccator adoro Vulnus sacratissimi Lateris tui. Oro humilissime, vt ardentissimo tuo amore me incendas, vt omni inordinato affectu ad quascumque creaturas derelicto, Tu solus semper cor meum inhabites. Commendo huic sacratissimo Vulneri tuo omnes animas, quæ in Purgatorio detinentur. P. N. Aue.

Dum recitat Officium diuinum applicat mente varias Horas diuersis mysterijs Passionis Domini.



## I. APPLICATIO.

1. **A**D honorem Agoniz in horto ad impetrandam fortitudinem in tribulationibus.
2. Ad honorem Comprehensionis in horto pro obtinenda perfecta obseruantia diuinarum preceptorum, & consiliorum.
3. In honorem opprobriorum, quæ passus est in ædibus Annæ & Caiphæ, ad impetrandam patientiam iniuriarum.
4. Ad honorem illusionis apud Herodem dum indueretur alba vt stultus, affectu impetrandi contemptum Sapientiz mundanæ.
5. Ad honorem Flagellationis, studio impetrandi mortificationem passionum.
6. Ad honorem Coronationis Spineæ ad impetrandum Humilitatem cordis.
7. In honorem ostensionis factæ Iudæis, dicendo, Ecce Homo, ad impetrandam despicientiam honoris mandanti.
8. Ad honorandam sententiam mortis, studio impetrandi sententiam vitæ æternæ in morte sua.
9. Ad honorem Baiulationis Crucis, ad impetrandum amorem Crucis.
10. Ad honorem Crucifixionis, ad impetrandam remissionem omnium peccatorum.
11. Ad honorem Depositionis de Cruce, ad im-



petrandā Compassionem in necessitatibus spiritalibus & corporalibus proximi.

22. Ad honorem Sepulturæ Crucifixi ad impetrandum studium vehemens operum misericordiae.

## II. APPLICATIONO.

*ad Effusiones Sanguinis.*

1. **A**D honorem primæ effusionis in Circumcisione ad impetrandam puritatem mentis & corporis.
2. Ad honorem secundæ in Agonia, ad impetrandum fortitudinem in patiēdo.
3. In honorem tertix in Flagellatione ad impetrandam perfectam subiectionem carnis Spiritui.
4. Ad honorem quartæ in Coronatione Spineæ, ad impetrandam victoriam de omnibus tentationibus.
5. Ad honorem quintæ in Exspoliatione Sacramentum vestium, ad impetrandam perfectam alienationem à rebus omnibus terrenis.
6. Ad honorem sextæ è Saeris manibus transfixis, ad impetrandam perseverantiam in operibus bonis.
7. Ad honorem septimæ è sacris pedibus transfixis ad impetrandam puritatem affectuum.
8. Ad honorem octavæ è Latere confixo, ad impetrandam



petrandam caritatem ardentem erga Deum & Proximum.

---

### III. APPLICATIO.

*ad Membra Crucifixi.*

1. **A**D honorem Capitis redimiti spinis: ad impetrandam cognitionem Dei, & sui ipsius.
2. Ad honorem Oculorum plenorum Sanguinis & Sputi: ad impetrandam prudentem in rebus omnibus circumspectionem.
3. Ad honorem Aurium, quæ auditis blasphemijs & maledictionibus fuerunt afflicta: ad impetrandam gratiam audiendi, & exequendi, quæ diuinitus inspirantur.
4. Ad honorem Narium, quæ fœtore sputorum afflicta fuerunt: ad impetrandam gratiam odorandi fragrantiam Virtutum CRUCIFIXI, & SSrum, nec non imitandi.
5. Ad honorem Oris fellis amaritiæ imbuti: ad impetrandam virtutem temperantiæ in cibo & potu, ac cautelæ in loquendo.
6. Ad honorem Manuum plagis sauciarum ad impetrandam liberalitatem erga pauperes & inopes.
7. Ad honorem Pedum plagis sauciorum ad impetrandam promptitudinem rectè faciendi.
8. Ad honorem Lateris transfixi: ad impetrandam internam compunctionem de peccatis.



## IV. APPLICATIO.

*ad Verba à Crucifixo in Cruce prolata.*

1. **A**d honorem Verbi I. *Pater ignosce*: ad impetrandum amorem inimicorum.
2. Ad honorem Verbi II. *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*: ad impetrandam gratiam promptè condonandi acceptas iniurias.
3. Ad honorem Verbi III. *Mulier ecce Filius tuus*: ad impetrandam reuerentiam, & obedientiam, quæ parentibus, & maioribus debetur.
4. Ad honorem Verbi IV. *Sitiosus* ad impetrandam sitim iustitiæ, & salutis animarum.
5. Ad honorem Verbi V. *DEVS DEVS meus, quid dereliquisti me?* ad impetrandam fortitudinem animi in tribulationibus, & rebus difficilissimis.
6. Ad honorem Verbi VI. *Pater in manus tuas commendo*: ad impetrandam perfectam resignationem in voluntatem DEI.
7. Ad honorem Verbi VII. *Consummatum est*: ad impetrandam perseuerantiam in diuina gratiâ vsque ad finem.
8. In honorem Descensus ad limbum: ad impetrandam liberationem à pœnis Purgatorii.



## V. APPLICATIONE

*ad Plagas Crucifixi.*

1. **A**D honorem Plagarum Capitis Coronati spinis: ad impetrandam memoriam & gratitudinem pro beneficijs diuinis.
2. Ad honorem Vubicum, & Plagarum Sacri Corporis; ad impetrandam virtutem pudicitiae.
3. Ad honorem Plagae Coxendicis; ad impetrandam gratiam ne in diuino obsequio vnquam defatigerur.
4. Ad honorem Plagae Manus dextrae; ad impetrandam Humilitatem in rebus prosperis.
5. Ad honorem Plagae manus sinistrae; ad impetrandum desiderium rerum caelestium.
6. Ad honorem Plagae Pedis dextri; ad impetrandum desiderium rerum caelestium.
7. Ad honorem Plagae Pedis sinistri; ad impetrandum odium rerum mundanarum & terrestrium.
8. Ad honorem Plagae Lateris; ad impetrandam perfectam cum Deo vnionem.

## VI. APPLICATIONE

*Psalmorum Poenitentialium ad VII. Plagas Crucifixi.*

1. **P**rimum applicat: Plagae Capitis; quae spinis est facta; ad impetrandam remissionem peccatorum, quae cogitatione commissa sunt;



2. *Secundum* ad Plagam factam in Coxendice ex conuerberatione, & ictibus flagellorum; ad impetrandam remissionem peccatorum, quæ sermone à te commissa sunt.
3. *Tertium*, ad Plagam manus dextræ: ad impetrandam remissionem peccatorum, quæ opere commissa sunt.
4. Ad Plagam manus sinistrae: ad impetrandam remissionem peccatorum omissionis.
5. Ad Plagam Pedis dextri, ad remissionem peccatorum, quæ inordinatis affectibus commissa sunt.
6. Ad Plagam pedis sinistri, ad impetrandam veniam mali exempti proxima dati.
7. Ad Plagam Lateris: ad impetrandam remissionem peccatorum, quæ qualibet potentia, vel sensu corporis aut animæ commissa sunt.

*Petrus Lustinellus, Directorio  
Diuini Officij.*

---

## VII. APPLICATIO

*Officij Defunctorum ad Dolores Crucifixi.*

1. **P**rimum Nocturnum applicat Agoniæ: ad impetrandam Animalibus Purgatorij remissionem pœna, quam peccatis cogitationis sunt commeritæ.
2. *Secundum* in honorem Flagellationis, pro impetranda remissione pœna, quam peccatis loquelæ sunt commeritæ.

*3. Ter-*



3. *Tertium* ad honorem Coronationis spineæ ad impetrandam remissionem pœnæ, quam peccatis operis sunt commetita.

4. *Laudes* ad honorem Crucifixionis; ad impetrandam remissionem pœnæ peccatis omissionis debita.

Finit Officium Diuinum dicendo: Sacro-san-  
ctæ & indiuiduæ Trinitati, CRUCIFIXI D. N.  
JESU CHRISTI Humanitati, Beatiss. & gloriosiss.  
V. MARIAE fecundæ integritati; & SS. omnium  
vniuersitati sit sempiterna laus, honor, virtus,  
gloria ab omni creatura nobisque remissio om-  
nium peccatorum per infinita Secula Seculorum,  
AMEN.



OFFEL.





# O E F F I C I V M

## PARVVM S. CRVCIS.

### AD MATVTINVM.

℣ Per signum Crucis de inimicis nostris.

℞ Libera nos DEVS noster. *Sic dicitur in principio  
omnium horarum.*

℣ Domine labia mea aperies. ℞ Et os meum  
annunciabit laudem tuam.

℣ DEVS in adiutorium meum intende.

℞ Domine ad adiuvandum me festina.

℣ Gloria Patri. ℞ Sicut erat, Amen.

*Non dicitur Alleluia, neque Laus tibi Domine.*

### *Hymnus.*

**P**ATris sapientia, veritas divina,

Deus homo captus est hora matutina:

A notis discipulis citò derelictus:

A Judæis traditus, venditus, afflictus:

*Antiph.* O CruX venerabilis, quæ salutem attu-  
listi miseris, quibus te efferam præconijs: quo-  
niam vitam nobis cœlitem præparasti. ℣ Adora-  
mus te Christe, & benedicimus tibi. ℞ Quia per  
sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

### *Oremus.*

**D**omine JESV CHRISTE, Fili Dei vivi, pone  
PASSIONEM, CRUCEM, & MORTEM tuam in  
cer



fer Iudicium tuum & animam meam, nunc & in  
 hora mortis meæ: & mihi largiri digneris gratiam  
 & misericordiam: vivis & defunctis requiem &  
 veniam: Ecclesiæ tuæ pacem & concordiam, &  
 nobis peccatoribus vitam & gloriam sempiter-  
 nam. Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

## AD PRIMAM.

ψ. Per signum Crucis, &c.

ψ. Deus in adiutorium meum. &c. Gloria Patri.

*Hymnus.*

**H**Ora prima Dominum ducunt ad Pilatum,  
 Et à falsis testibus multum accusatum,  
 Colaphis percutiunt, manibus ligatum:  
 Vultum Dei conspuunt, lumen cœli gratum.

*Antiph.* O Crucis victoria, & admirabile signum,  
 in cœlesti curia fac nos captare triumphum.

ψ. Adoramus te Christe.

*Oremus.*

Domine IESU CHRISTE, Fili Dei vivi, &c.

## AD TERTIAM.

ψ. Per signum Crucis, &c.

ψ. Deus in adiutorium &c. Gloria Patri.

*Hymnus.*

**C**Rucifige, clamitant hora tertiarum:  
 Illusus induitur veste purpurarum:  
 Caput eius pungitur corona spinarum:  
 Crucem portat humeris ad locum poenarum.

*Antiph.*



*Antiph.* Funesta mortis damnatur supplicium;  
dum Christus in Cruce nostra destruxit vincula  
criminum. *ψ.* Adoramus te Christe.

*Oremus.*

Domine JESV CHRISTE, Fili DEI viui. &c.

AD SEXTAM,

*ψ.* Per signum Crucis, &c.

Deus in adiutorium meum, &c. Gloria Patri.

*Hymnus.*

**H**ora sexta JESVS est Cruci conelauatus:  
Et est cum latronibus pendens de puratus:  
Præ tormentis sitiens felle saturatus:  
Agnus crimen diuens, sic ludificatus.

*Antiph.* Per lignum serui facti sumus, & per san-  
ctam Crucem liberati sumus: fructus arboris se-  
duxit nos, Filius DEI redemit nos,  
*ψ.* Adoramus te Christe.

*Oremus.*

Domine JESV CHRISTE, Fili DEI viui. &c.

AD NONAM,

*ψ.* Per signum Crucis, &c.

Deus in adiutorium, &c. Gloria Patri.

*Hymnus.*

**H**ora nona Dominus JESVS expiravit:  
Eli clamans, spiritum Patri commendavit:  
Latus eius lanceâ miles perforavit:  
Ferra tunc contremuit, & Sol obscuravit.

*Antiph.*



*Antiph.* O Magnum pietatis opus, mors mortua tunc est, in ligno quando mortua vita fuit.  
 ¶ Adoramus te. &c.

*Oremus.*

Domine IESV CHRISTE, Fili DEI viui, &c.

AD VESPERAS.

¶ Per signum Crucis, &c.

Deus in adiutorium, &c. Gloria Patri.

*Hymnus.*

DE Cruce deponitur hora vespertina:  
 Fortitudo latuit in mente diuina.  
 Talem mortem subijt vitæ medicina.  
 Heu Corona gloriæ iacuit supina.

*Antiph.* O Cruce benedicta, quæ sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior: in qua mundi salus pependit; in qua Christus triumphauit, & mors mortem superauit in æternum. ¶ Adoramus.

*Oremus.*

Domine IESV CHRISTE, Fili DEI viui, &c.

AD COMPLETORIUM.

¶ Per signum Crucis, &c.

¶ Conuerte nos Deus salutaris noster.

¶ Et auerte iram tuam à nobis.

¶ Deus in adiutorium, &c. Gloria Patri.

*Hymnus.*



*Hymnus.*

**H**Ora Completorij datur sepulchræ  
 Corpus Christi irobile, spes vitæ futuræ:  
 Cenditur aromate, complectitur Scripturæ:  
 Iugi sit memoriæ Mors hæc mihi curæ,

*Antiph.* Saluator mundi salua nos, qui per CRUCEM & SANGVINEM tuum redemisti nos: auxilia-  
 re nobis, te deprecamur Deus noster.

¶ Adoramus.

*Oremus.*

Domine JESV CHRISTE, Fili DEI viui & c!

*Commendatio.*

**H**As horas canonicas, cum deuotione,  
 Tibi, Christe, recolo pia rationes  
 Vt qui pro me passus es amoris ardore,  
 Sis mihi solacium mortis in agone, Amen.

## MEDITATIO

### de B.V. iuxta Crucem.

**S**tabat iuxta Crucem JESV Mater eius. O Do-  
 mina mea vbi itabas? nunquid tantum iuxta  
 Crucem? immo certè in Cruce cum Filio ibi cru-  
 cifixæ eras secum. Sed hoc distat, quia ipse in cor-  
 pore, tu autem in corde. Nec non & eius vulnera  
 per corpus eius dispersa, sunt in corde tuo vnita.  
 Ibi Domina, lanceatum est cor tuum, ibi spinis  
 coro-



coronatum, ibi illusum, exprobratum, & contu-  
 melijs plenum, aceto & felle potatum. O Domina  
 cur iuisti immolari pro nobis? Nunquid non suf-  
 ficiebat Filij Passio pro nobis, nisi crucifigeretur  
 & Mater? O Cor amoris cur conuersus es in glo-  
 bum doloris? aspicio, Domina, Cor tuum, & id  
 non Cor, sed myrrham & absynthium & fel video.  
 Quæro Matrem DEI, & ecce inuenio sputa, fla-  
 gella & vulnera, quia tota conuersa es in ista. O  
 amaritudine plena, quid fecisti? Cur vas Sanctita-  
 tis fecisti vas pœnalitatis? O Domina, quare non  
 es solitaria in Camera tua? Quare iuisti ad Cal-  
 uariæ locum? Non est tua consuetudo, Domi-  
 na, ad talia spectacula properare. Cur te non reti-  
 nuit pudor mulieris, cur te non retinuit horror  
 facinoris? cur te non retinuit verecundia Virgi-  
 nitatis? Cur te non retinuit loci turpitude, mul-  
 tudo vulgi, detestatio mali? cur te non retinuit  
 clamoris vehementia, stultorum vesania, dæmo-  
 niacorum caterua? Hæc non considerasti Domi-  
 nia, quia cor tuum alienatum totum præ dolore  
 non erat in te, sed in afflictione filij, & in vulneri-  
 bus vnici, & in morte dilecti. Non considerabas  
 cor tuum vulgus, sed vulnus: non pressuram,  
 sed fixuram: non clamorem, sed liuorem, non  
 horrorem, sed dolorem. Reuertere Domina ad  
 locum pristinum, ne cum percussione Pastoris  
 te etiam amittamus, vt non vna hora vtriusque  
 priuemur regimine. Non est consuetudo Do-  
 mina, mulieres tali morte condemnari: nec etiam



contra te, Domina, sententia promulgata est; sed  
 ut puto, audire hæc non potes, quia amaritu-  
 dine repleta es: totum cor tuum verum est.  
 O Domina, circa Filij tui Passionem. O mira res,  
 cora es in vulneribus Christi, totus Christus  
 crucifixus est in intimis visceribus cordis tui.  
 Quomodo est hoc, quod continens sit in con-  
 tento? O homo vulnera cor tuum, si vis hanc  
 intelligere Questionem. Aperi cor tuum cla-  
 uis & lancea, & veritas subintrabit. Non enim  
 intrabit sol iustitiæ in cor clausum. Sed O vulne-  
 rata Domina, vulnera corda nostra, & in cordi-  
 bus nostris tuam, & Filij renoua Passionem. Cor  
 tuum vulneratum coniunge cordi nostro, ut re-  
 cum tuis vulneribus pariter vulneremur. Cur  
 hoc tuum cor saltem, Domina, non habeo, ut  
 quocumque pergam, semper tuo Filio videam  
 te confixam. O Domina, si non vis mihi dare  
 tuum Filium crucifixum, nec Cor tuum vulnera-  
 tum, saltem (quæso) mihi tribue Filij tui vulne-  
 ra, contumeliasque & illusiones, ac opprobria,  
 & illa, quæ in te sentis. Quæ enim Mater est, quæ  
 si posset, & a se, & a suo Filio non auferret Pas-  
 siones, & in suo poneret seruo? Aut si sic ine-  
 briata es istis, quod nec ea vis à tuo corde, nec  
 à Filio tuo separare: saltem, Domina, illis igno-  
 minijs & vulneribus me ad indignissimum con-  
 iunge, ut tibi & Filio tuo solacium sit habere so-  
 cium poenarum. O quam beatus essem, si possem  
 vobis saltem in vulneribus sociari. Nam quid est  
 maius



maius hodie, Domina, quàm habere cor iunctum  
 cordi tuo, & Filij tui corpori perforato? Nonne  
 cor tuum plenum est gratiæ illius? Et si apertum  
 est, gratia illa non decurrit in cor sibi iunctum?  
 & si Filius tuus gloria beatorum est, quomodo  
 si perforatum est corpus eius, non emanat illius  
 dulcedo gloriæ in cor sibi iunctum? Non enim  
 intelligo aliter posse esse, sed timeo ne simus  
 aliquando longè, & credamus esse propè. O Do-  
 mina, quare mihi quod peto non tribuis? Si te  
 offendi, pro iustitia cor meum vulnera. Si tibi  
 seruiui, nunc pro mercede peto vulnera. Et ubi  
 est, Domina, ubi est pietas tua, ubi est immensa  
 clementia tua? Quare facta es mihi crudelis,  
 quæ semper fuisti benigna? Quare facta es mihi  
 amara, quæ semper fuisti dulcis & pia: Quare  
 facta es mihi auara, quæ semper fuisti libera-  
 lis & larga? Non peto à te Domina solem neque  
 sidera, sed peto vulnera. Quid est hoc quod de  
 istis vulneribus es auara? Aut à me Domina vi-  
 ram auferas corporalem, aut cor meum vulne-  
 ra. Verecundum enim mihi est & opprobrio-  
 sum, videre Dominum meum JESVM vulnera-  
 tum, & te conuulneratam Dominam, & me ser-  
 uum vilissimum pertransire illæsum. Certè scio  
 quid faciam, vel tibi sine cessatione vel intermis-  
 sione, cum clamore & lachrymis, tuis pedibus  
 prouolurus postulabo, proclamabo, & ero ni-  
 mium importunus, & hæc mihi tribues: aut si  
 me percusseris ut recedam, tamen stabo, & tua  
 susti-



276 CHR ST. CRUCIF. HONOR.

sustinebo flagella, donec ero undique vulneratus.  
Si autem sine percussione blandiri volueris, per-  
seuerabo constans, & tua recipiam blandimen-  
ta, & ipsæ blanditiæ cor meum vulnerabunt a-  
more. Si autem nec quidquam dixeris, tunc  
cor meum vulnerabitur tristitia &  
dolore, & sic sine vulnere  
non recedam.

S.  
D. I.  
H. E. G.

INDEX

1.  
2.  
sifia  
3.  
sinn  
dolo  
4.  
aliqu  
min  
5.  
dion  
sion  
6.  
honor





# INDEX

*Affectuum & Operum*

*erga*

CHRISTVM CRVCIFIXVM  
CENTVRIÆ VII.

SEV

PARADISI.

---

## AMATOR CRVCIFIXI.

1. **P**rouocatus à Christo, ut pullus ab Aquila, eno-  
lat ad Crucis altitudinem. 2
2. Morbi acutissimos dolores mitigat intuitu Cru-  
cifixi, veloculari, vel mentali. 3
3. Summam aestimat gratiam, summum benefi-  
cium, summum solatium, participans esse Vulnerum,  
dolorum, Passionis Dominica. 6
4. Caueat, ne vnquam Crucem ita tractet, ut inde  
aliqua in Christum Crucifixum redundare possit igno-  
minia. 7
5. Vouet DEO se morisurum in Cruce, vel condi-  
tionatè, si sic illi placeat, vel absolute, habità Cruci-  
fionis, iua reuelatione diuinâ. 102
6. Collocat Crucem & Crucifixum loco maximè  
honorato. 12

N

7. Crux



I N D E X

7. Crucis loco, hominem agrum, aut pauperem  
bairat. 6 14
8. Admirationem ob rem insolentem, formato Cru-  
cis signo exprimit. 18
9. Ad Crucem suam, in qua figendus, aut se contem-  
dit, & cum cantu. 26
10. Habet Crucem Christi, ut Cathedram docen-  
tis Magistri. 26
11. Non tam studiosè semper quarit Crucem, quam  
sponte oblatae promptissimè semper amplectitur &  
portat. 23
12. Dissuasorem Crucis ac Crucifixionis acriter à  
se repellit. 27
13. Dissuasentem sibi Crucem, suamq; Crucifixio-  
nem habet, tanquam Satanam, & à se cum indigna-  
tione amandat. 28
14. A Christi in Cruce pendentis cogitatione ingi-  
tor pendet. 32
15. Consideratione Passionis Dominicae, pauperum,  
quibus bene facit ingratitude patitur haud gra-  
nate. 33
16. Non tantum est Admirator, sed multo magis  
imitator Passi Christi D. 35
17. In Columna, velut in Cruce, Christum dira  
Passum, Columna alligatum, tandemq; Crucifixum  
mundo exhibet. 39
18. Podem non extendit ad ascendendum, vel des-  
cendendum, nisi formato prius Crucis signo. 45
19. Religiosus videns ante se acervum nummorum,  
signo Crucis se muniens, velut fossam exitialem tran-  
silit. 45



AFFECTVVM ET OPERVM.

- filii, ac fugam cepessit.* 47
20. *Ut veneratos deserti serpentes, ita monstra infernalium abigit, solo digito forma Crucis expressa.* 52
21. *Crucem munit Cor, ut desperationis Spiritum pellat, & tempestates animi sedet.* 55
22. *Adimplet ea, quae desunt Christiani in carne sua.* 59
23. *Bacchanalibus Christum flagellatum, Crucem Caiulantem, & in ea extensum imitari conatur.* 62
24. *Ad abolendam Bacchi memoriam, diebus Antecineratibus iucunda Deo, Angelis & hominibus ad honorem Passi & Crucifixi Domini exhibent spectacula.* 64
25. *Tanquam bonus mercenarius abnegat semetipsum, & dari Coloni iudicium suo praefert, Crucem impositam lubans - volens portans.* 68
26. *Pater familias mandans quotidie dari pauperibus quinque nummos (ad memoriam, & honorem quinque Vulnerum Christi) ditatur.* 72
27. *Regantem, ut sibi praestetur beneficium sanitatis corporea, mittit ad Crucem, quippe officinam iatricam, & ad Crucifixum, ut ad Alexicacum.* 74
28. *Cauet, diligenter, ut non obturet aures ad vocem Crucifixi vocantis, inuitantis, terrentis, hortantis, ne vicissim Crucifixus aures ad illius preces obturet.* 78
29. *Passionem Domini frequenter meditando ingreditur, tanquam scholam Patientiae.* 80
30. *Passionem Dominicam frequenter meditando ingreditur, tanquam Coenaculum, in quo unius substantia, quamvis diuersa paratura, sunt edulia omnia.* 83
- N 2
31. Ma-



# I N D E X

31. Malum immedicabile Crucis benedictione se-  
nat. 85
32. Concipit Dilectum suum Clavis ignitis, &  
flammas eiaculantibus Crucis adfixum. 89
33. Spectra interdum, aut noctu securrentia signo  
Crucis fugat. 91
34. In Mundo, tanquam in mari magno nauigans,  
vitur Cruce, tanquam Pyxidicula nauticâ. Et nauis  
se committens, ut in Oceano nauiget, utitur libenter  
versorio magnetico, in formam Crucis facto. 94
35. Cruce ad purgandum infestum vermibus ve-  
neratis locum, & idcirco inhabitabilem utitur. 98
36. Ad expiationem pœnitentium Crucis signum  
adhibet. 100
37. Iudeos Christum Crucifigentes ut Muscos in-  
rientes considerat. Quare & suos persecutores non  
pluris facit, nec ijs cedit. 103
38. Cruce in fronte formata obit. 104
39. Si sit Princeps Ecclesiasticus, ut Ecclesia bona  
iuraq; tueatur Cruce armatus prodit, & plus ob-  
net, quam signis militaribus. 105
40. Nunquam conqueritur de acerbitate sua sor-  
tis coram Crucifixo: memor, quod acerbiora in Cruce  
passus sit Dilectus. Contrarium displicet Crucifixo. 108
41. Somniorum ludibria, & in ijs Diaboli insul-  
tationes Crucis signo dispellit. 111
42. Crucis signum in labijs pingens, os claudit, &  
expirat. 114
43. Domum quamlibet ingrediens utensilia Crucis  
signat: & ad mensam, lances, & postula. 116
44. Im-



## AFFECTIVVM ET OPERVM.

44. Impetrat à Domino, ut coelitus immitteat Cruces inimicis Crucis, ad ipsorum confusionem, & Crucis ac Crucifixi honorem. 118
45. Virtus Crucis signo, velut lapide ad confringendum vas lethiferopotu plenum. 121
- Virtus Crucis signo, ut vas lethiferopotu plenum reddat salutare. 122
46. Virtus Crucis signo, veluti scutica ad abigendum Damanem, volucris specie obuoliscantem, menti- que turpia ingerentem. 123
47. Cæcodamonem in Angelum lucis transforma- tum, noua metamorphosi ad antiquam speciem redu- cit Crucis signo. 124
48. Noctu ad strepitum à malignis spiritibus exci- tatum Crucem se munit: nisi faciat, periculum est præ- sentaneum, no in vas non signatum se immitteat, & in- de egredi recuset insidiator. 128
49. Non veretur in medias seditiosorum turbas se dare, ut Crucem illis ostendat, qua pacem, non tam im- petret, quam imperat, Crucis ad hoc virtute fretus. 129
50. Passionis Dominica memoriam, ac meditatio- nem, præfert ob fructus multiplices, alijs quibuscumque mentis deuotæ exercitationibus. 135
51. Ut iugis sit Christi Passi apud se memoriâ, nec obruatur multitudine copiosissima materia, diuidit Mystera Passionis Dominica recognoscenda in varios dies. 136
52. Ad honorem Passionis Dominica silensium sibi indicit aliquot diebus, præsertim in hebdomade Sancta.



I N D E X

53. Proposito sibi gaudio sustinet Crucem, confusio-  
ne contempta. 143

44. Imitatione Domini sui, propter gaudium, &  
gloriam inde sequuturam sustinentis Crucem, gaudet.  
ter Crucem amplectitur proposito sibi eius premio. 145

55. Ut Pictor ingeniosus, canatur in se exprimeret  
Imaginem sui Dilecti, aspiciendo frequenter suum  
Crucifixum, veluti prototypum. 147

56. Respicit, & aspiciit Crucem, ut Artham spon-  
salitiam, coelicus ab Amatore suo sibi missam. 150

57. Eligit locum sepulturae à Cruce radicatum si-  
gnatumque. 153

58. Si Rex sit, aut Dux exercitus, non congregat  
cum hostibus nisi prius cum suis militibus, ante Cru-  
cem, genibus flexis adoravit. 155

59. Accipit divinitus in vertice Crucis signacu-  
lum. 156

60. Iubetur memor esse Passionis Dominicae statim  
à suscepto Baptismi Sacramento. 158

61. Si templum alicubi non invenit, erigit ex templo  
Crucem; & circulo circumscribit, ut in eo tanquam  
sat magno templo, ipse cum suis precas fundat. 160

62. Prostratus Cruce inimicis, perstat, virtute illius  
consistens.

Caveat, ne iniuriam inferat conspurcando Crucifixi  
effigiem. Quod haud impunè facit impius. 161

63. Cum Crucem gestat è collo, Crucifixi virtutes  
imitari conatur Alioqui parum istud solium prodest ad  
salutem aeternam. 162

64. Nec loquitur, nec cogitat de Passione Domini.  
sine



## AFFECTVVM ET OPERVM.

- sine lacrimis & contritione.* 164  
 65. Quoties Passionis Dominica recordatur, toties lacrymatur. 165  
 66. Compassione, quam habet erga Christum Crucifixum, scindit duritiem cordis: unde lacrymarum profusio. 166  
 67. Visione Christi Patientis in aula Caipha ad amandum, colendum, imitandum Crucifixum inflammatur. 167  
 68. In amicum recipit, & osculatur inimicum capitalem. Ob quod honoratur à Crucifixi effigie. 169  
 69. Singularem fauorem ad lumen à Crucifixi effigie vibra cum preces legit & orat 170  
 70. Partus dolores à Cruce mitiget, vel abigat. 171  
 71. Si sit constans in Ordinis Religiosi disciplina Crucifixi vulnera gatissimo inducit unguento. 172  
 72. Illustratur exterius & interius lumine à Crucifixo in oculos & animum vibrato. 174  
 73. Tentationes carnis plane domat omnes amplexu, quo illum dignatur Dominus brachia a uelbens à Cruce. 175  
 74. Promouet eius honorem institutione Fraternalitatis, aut Congregationum cultui Passionis Dominicae, & Crucis dicatarum. 178  
 75. Metuit ne ipse Crucifixerit Christum, monesque suos sollicitè, ne ipsi Christum crucifigant. 180  
 76. Detestatur omnibus modis seclariorum in Crucifixum impietatem. 182  
 77. Violatores honoris, qui imaginem eius debentur.



# INDEX

- retaliare solet.* 183
78. Ex apparitione Domini pendentis in Cruce consolationem percipit, & correptionem. Christus Passus, interdum ad consolationem, aliquando ad correptionem apparet. 184
79. Moneet temerarios, ne furto sacrilego Crucifixi manum provocant, exemp<sup>is</sup> metuendis docti. 186
80. Cauet, ne peccet sacrilegè in Sacrificium, quod à Sacerdote in Missa offertur Deo; memor Crucifixi effigiem lacrymas profuisse ob commissum sacrilegij scelus. 188
81. Beatum se estimat, quod non sit scandalizatus in Christo Crucifixo. 189
82. Cruculam fronti sentit imprimi de Passione Domini cogitans. 190
83. Assidua Passionis Dominica meditatione fellum humorem omnem exsiccat suo in corpore. 191
84. In memoriam Passionis Dominica, amarissimo feile sextis quibusque feriis cibari appetit. 193
85. Clavo in memoriam Dominica Passionis transfigit pedem. 194
86. Deus facit, ut stillet sanguinem violata in Cruce pendentis effigies. 194
87. Si damnatus sit capitis, antequam perveniat ad theatrum supplicij, adorat in itinere Crucifixum; & se illi, ac corpus, animamq; commendat. 195
88. Crucifixum aquis innatantem cum veneratione suscipit, & in loco sacro collocat. 196
89. Deus facit ut Crucifixo ligneo crines accrescant.



AFFECTIVVM ET OPERVM.

90. Magis delectatur effigie Crucifixi nullis coloribus fucata, quam eleganter ad oculorum lenocinium depicta. 197
91. Lato corde omnia dolorosa Passionis Symbola circumtulit. 198
92. Solo Crucis signo munitus aquis se committit. Et mare transmittit in eolumis. 199
93. Amatoris Crucifixi nulla est consolatio maior in atrocissimis tormentis, quam à ligno, in quo Christus pependit. 202
94. Manibus ad Crucis modum pectori applicatis Sacram Eucharistiam accipit. 204
95. Tempora ad formam Crucis extrui curat. Et Turres ipsi imponi, aut circumponi Clavos Crucifixi representantes. 206
96. In complexu Crucifixi, eiusdemque osculatione cum lacrymis expirat. 208
97. A Purgatorio vel praeservatur, vel citius ex eo liberatur. 209
98. Inuat Christum in ferendam Crucem. 213
99. Semper & ubique Deuotionem aliquam erga Crucifixum exercet. 214
1. Orat quotidie bis: IESVS CHRISTVS CRUCIFIXVS sibi in Cogitationibus, Actionibus, Loquutionibus meis. 214
2. Crucifixum è collo dependentem, consulit, ut oraculum. 215
3. Aspectu Crucifixi obliuiscitur dolorum suorum. 216
4. Inter duas Crucifixi effigies sedet, iacet, &c.



I N D E X

5. Crucifixum secum in vehiculo gestatorio defert. 217

6. Crucifixum in naui aspiciendum proponit. 217

7. Crucifixum quo iesoum que trāsit, salutat. 218

8. Ante Crucifixum diutissimè orat. 218

9. Crucifixum amanter respicit in vita & in morte. 218

10. Non patet auelli ab aspectu Crucifixi. 219

11. Pasceitur meditatione Cruciatuum Crucifixi. 220

12. Protestatur, nullum Christum se nosse, prator Crucifixum. 220

110. Loquitur amanter, & confidenter eum Crucifixio. 221

191. Affectu peculiari erga Lanceam qua Crucifixi laeuis aperuit fertur, eamque Officio Ecclesiastico honorat. 226

102. Ex peculiari affectu erga sacram cuspidem personam illi, orationemque patheticam adfingit. 227

103. Subscribit Orationibus, Carminibus, Historijs, Disputationibus alijsque ingenij & styli sui Monumentis: Ad Maiorem Dei sanctissimaeque Crucis Gloriam. 228

HEROLOGIVM Amatoris Crucifixi

I. Evangelicum horarum erium.

II. Artificiale horarum. XII.

III. Naturalis horarum. XXIV.





# SYLLABVS

## AMATORVM CRUCIFIXI

### Centuria VII.

Seu

## PARADISI.

<b>A</b> lexander Lusagnius	214
<b>P</b> Angela de Fulginio	212
Amatrix feruens.	210
Conuersus Ord. Cisterciensis.	209
Doctor inconstans.	225
Fratres duo Cistercienses.	174
Mercatores Hispani.	190
Miles.	169
<b>Anonymi</b> Religiosus Cisterciensis.	172
Religiosus S. Dominici.	108
Religiosus.	2
Sacerdos.	219
Vidua.	170
Virgo nobilis Inelusa.	55
Archifraternitas Crucifixi Coloniae.	178
S. Augustinus.	23

N 6

Boas



S Y L L A B U S

Beata Monialis.	86
S. Benedictus.	121. 123
Bernardus Colnagus.	224
B. Catharina Vicecomes.	193
B. Christina Vicecomes.	194
B. Clara Montis Falconis.	198. 198
F. Conradus Cisterciensis.	184
S. Corbinianus.	101
S. Cyrillus Ierosolymitanus.	118
Daniel Cisterciensis.	165
B. Dionysia.	43
S. Dismas latro.	221
S. Dominicus.	86
S. Edwardus Rex Angl.	14
S. Epiphanius Cyprius.	75
S. Franciscus Assisus.	221
S. Franciscus Marianus.	221
Caeritana Godefrida.	217
B. Gertrudis.	218
S. Hartmannus.	105
S. Hedvvigis Polona.	222
S. Helena.	206
F. Hermannus Cisterciensis nouitius.	190
S. Humbertus.	157
B. Iacobus Sextus.	218
Iaponici Martyres.	20
S. Ignatius Loyola.	215
S. Ioannes Apostolus.	122
Ioannes Eleemosynarius.	72
Ioanna Lusitanie Princeps.	142
	B. Ie-



AMATORVM CRUCIFIXI.

B. Ioannes de Aluernia.	211
Ioannes Collius.	208
SS. Ionas & Barachyhus.	202
B. Iuliana.	220
B. Landrada.	151 153
S. Laurentius Iustinianus.	221
Ludouicus Blofus.	135
S. Ludvina.	6
S. Ludgardis.	216
B. Matarius Armenus.	229
B. Magdalena de Pazzis.	223
Maria Stuarta Regina Scoto.	224
S. Margarita Hungara.	218
Marcianus Cyrensis.	53
S. Martinus.	20
Oliuerius Scholasticus Colon.	171
S. Osvaldus Rex Anglor.	155
B. Pachomius.	180
S. Paula Romana.	114
S. Paulus Apostolus.	59
Petrus Confluentinus.	175
S. Petrus Martyr.	222
Petrus Luxemburgicus.	224
S. Pirminius.	98
Pius V.	19
B. Poppo Abbas.	112
S. Raymundus Pennafortius.	199
Religiosi Inclusi, Reclusi, Clausi.	52
Richmundis Virgo.	167
Rupertus Abbas.	243
	Rex



SYLLABVS AMATOR. CRVCIF.

Rex Sionius.	160
Rex Sanguinius.	160
Rex Ingarum.	161
Societas Iesv.	64
Sodales Mariani.	62
B. Stephanus Presbyter.	32
SS. Stylitæ.	39
Simeon Stylites.	40
Stylita Edessenus.	47
B. Theodorus Etemicola.	68
S. Thomas Aquinas.	28
B. Thomas Villanovanus.	211
Thomas de Kempis.	22
S. Vedastus.	116
B. Victoria.	216
S. Vincencius Ferrerius.	124. 125

INIMICI  
CRVCIS CHRISTI.

Damianus.	183
Fures.	186
Gerardus Avortatus.	188
Helluo blasphemus.	195
Hæretici huius æni.	182
Idoloplatra Sputator.	161
Iudæi.	8
Rex Echeber.	163
Rusticus.	78

scri-





SCRIPTORES.

quorum testimonio firmantur, que in  
Centuria VII. adducuntur.

- |                             |                               |
|-----------------------------|-------------------------------|
| <b>A</b> lbinus Flaccus.    | Gabriel Vasquez.              |
| Alcuinus.                   | S. Gregorius Papa.            |
| Aloysius Siderus.           | Gregorius Tolosanus.          |
| S. Ambrosius.               | Gulielmus Durantus.           |
| S. Anselmus.                | Haricus Ganifus.              |
| Antonius Margarita.         | S. Hieronymus.                |
| Antonius Molina.            | Historia Indica.              |
| Athanasius Kircherus.       | Hundiut.                      |
| Egidius Gelenius.           | Iacobus Tirianus.             |
| Beda Venero.                | Iacobus Damiani.              |
| Benedictus Iustiniandus.    | Iacobus de Virriace.          |
| S. Bernardus.               | Jeremias Drexelius.           |
| Cesar Baronius.             | Ignatius Dickus.              |
| Celsarius Heisterbaecensis. | Ioseph Pempfus.               |
| Chronicam Angiense.         | Ioseph Vicecomes.             |
| Codex Iur.                  | S. Ioan. Chrysostronus.       |
| Chronicum FE. Prædicator.   | Ioannes Bruggman.             |
| Cornelius Græsius.          | Ioan. Masellus.               |
| Cornelius à lapide.         | Ioan. Moschus.                |
| Cornelius Carpius.          | Ioan. Grodecius.              |
| S. Cyprianus.               | Ioann. Molanus.               |
| Falredus.                   | Ioann. Bochius.               |
| Euehelmus.                  | Imago primi seculi.           |
| Euthymius.                  | Societatis.                   |
| Ferdinandus Castilius.      | Laurentius Surius.            |
| Franciscus Harzus.          | Libar confraternitatis Mariae |
| Franciscus Suarez.          | Dolorosa.                     |
| Franciscus Petrarcho.       | Litteræ Indicae.              |
| Franciscus Saechianus.      | Ladolphus de Saxonia.         |
| Franciscus Ribera.          | Martinus Cromerus.            |



SCRIPTORES.

Matthæus Raderus.  
 Menæa Græcorum.  
 Michaël Lotius.  
 Nicolaus Cabent.  
 Nicolaus Crusenins.  
 Nicolaus Serarius.  
 Oecumenius.  
 Ottho Frisingensis.  
 Olympiodorus.  
 S. Paulinus.  
 Paulus Batri.  
 Patricus.  
 Petrus Rausanus.  
 Plinius.  
 Radeuicus.

Raulinus.  
 Richardus de S. Laurentio.  
 Rubertus Turnerus.  
 Sodalis Parthenius.  
 Stephanus Binettus.  
 Specul. Exempl.  
 Tertullianus.  
 Theodoretus.  
 Theophylactus.  
 S. Thomas Aquinas.  
 Titus Linius.  
 Venantius Fortunatus.  
 Vita Patrum.  
 Zacharias Lippelö.

---

Errata.

Corrige.

Tractatus.  
 deest numerus  
 deest in marg.  
 aliqui, 162.

S. Tractatu.  
 17. 39.  
 23. 62.  
 alioqui.

Pro.



PROTESTATIO  
AUCTORIS.



V. M. V. R. B. A. N. V. S. V. I. I. I. Anno  
M. D. C. X. X. V. die X. I. I. I. Martij  
Decretum ediderit, idemque  
confirmarit die V. Iulij. Anno  
M. D. C. X. X. X. I. V. quo inhibuit

imprimi libros hominum qui sanctitatis seu Mar-  
tyrij fama celebres & vita migraverint, gesta, mira-  
cula, vel reuelationes, seu quacunque beneficia, tan-  
quam eorum intercessionibus à Deo accepta conti-  
nentes, sine recognitione, atque approbatione Ordini-  
narij, & qua haectenus sine & impressa sunt, nullo  
modo vult censeri approbata.

Idem autem Pontifex Max. die V. Iunij Anno  
M. D. C. X. L. I. ita explicuerit, vt nimirum, non ad-  
mittantur Elogia Sancti, vel Beati absolute, & qua  
cadunt super personam; bene tamen ea qua cadunt  
supra mores, & opinionem, cum protestatione in  
principio quod ijs nulla adsit auctoritas ab Ecclesia  
Romana; sed fides tantum sit penes Auctorem.

Huic Decreto eiusque confirmationi & declara-

Rom.



tionem, obseruantia ac reuerentia, qua var est, inspi-  
rendo, profiteor me, haud alio sensu, quicquid in O-  
pifculis meis quibz infer. buntur. CHRISTVS CRV-  
CIFIXVS HONORATVS, & continent affectus  
pios ac opera, quibus fideles Christiani CRV CIFIX-  
VM, eiusque Passionem, Crucem, ac Vulnera hono-  
rant, (ac signant in hoc Opifculo, quod inscribi-  
tur: PARADISVS PECVLIARITER AMAN-  
TIVM, COLENTIVM. IMITANTIVM, CHRIS-  
TIVM CRV CIFIXVM) refero, accipere, & accipi  
velle, quam quod ea solent, qua humana duntaxat  
auctoritate, non autem diuina, Catholica Romana  
Ecclesie, aut S. Sedis Apostolica nituntur, vs tan-  
tummodò exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum  
Beatorum, ac Martyrum Catalogo adscripsit.

M. S.

FACVL-





FACULTAS

R. P.

PROVINCIALIS

Ad Rhenum Inferiorum.

SOCIETATIS IESU.

**E**GO IOANNES PANHAUSS Societatis IESU,  
per Prouinciam Rheni inferioris Præpositus Pro-  
uincialis, potestate mihi facta ab Admod. R. P.  
VINCENTIO CARRATA Societatis IESU Præ-  
posito Generali, facultatem concedo, ut Opusculum,  
cuiusculum, PARADISVS Amaniam, Colentium,  
Emperanciam, CHRISTVM CRUCIFIXVM, à P.  
MAXIMILIANO SANDÆO Societatis IESU  
Theologi conscriptum, atque à deputatis ad id Theo-  
logis lectum, censum, approbatum, iuris publici fiat,  
& typis imprimatur. In cuius rei fidem sigillum of-  
ficij mei, hisce litteris appressi, & nomen meum sub-  
scripsi. Colonia Agrippinae II. Augusti. ANNO  
M.DC.XLVI.

Ioannes Panhauss





# ROSARIUM.

## QUINQUE CHRISTI VULNERVM CAVENTORVM.

**P**one *Ma* ut signaculum *Cortium*, ut signaculum  
super *Brachium* tuum, *Cantic. viii.*

1. Complectitur *Quinque orbiculorum series*  
*Quinque*. In quaque serie recitatur *Quinies Pater*  
*N.* ad honorem *Vulneris* vniuscuiusque.

2. Continet *Quinque numismata*. *Quinque*  
*Vulnerum* expressiva. Ad singula legitur *vnus A-*  
*ue MARIA*, ad honorem *Matri* *Filio* *condolentis*.

3. *Habet tres globulos* ad honorem *Clanorum*  
Ad singulos petitur *gratia à Matre* *Filio* *compa-*  
*riendi*, per verba *infra scripta: Eia Mater.*

*CRUX* addita, ut initio & in fine se signet *signo*  
*S. CRUCIS.*

---

### P R A X I S.

1. Post signum *CRUCIS* incipis recitare *Quinies*  
*Pater N.* ad *Vulnus Sinistri Pedis*, petens *contrito*  
*corde*, *remissionem omnium peccatorum*. Sequi-  
tur *Aue M.* *condolendo Matri.*

2. Ad *dexterum Pedem* per *Quinies Pater N.*  
postulatur *cum emendationis proposito*, *robur*  
*contra quaslibet tentationes*. *Vnum Aue M.*

Ad



## QUINQUE VULNERVM.

3. Ad Sinistram Manum per Quinies Pater N. rogas salutarem Dei timorem, & ab Inferis liberationem. *Aue M.*

4. Ad dexteram Manum per Quinies Pater N. precaris Regnum cœlorum magna fiducia. *Aue M.*

5. Ad Vultus Cordis per Quinies Pater N. oras habitare in Coide CRUCIFIXI, & cordatum IESU & MARIE amorem. *Aue M.*

6. Ad honorem trium Clauorum ter dicis

*Eia Mater istud agas,*

*Crucifixi fige plagas.*

*Cordi meo valide.*

7. Finis. Signando te Cruce, quam oscularis. Obserua. Qui sic distinctum Rosarium non habet, potest in suo ordinario similem formare pietatem.

---

## NVMISMATA

### ROSARIA,

1. Exprimit vno ex latere Pedem sinistram, ex altero Malleum & Forcipes decussatas quibus solent extrahi Clauis.

2. Exhibet Pedem dextrum: & ex altero latere vnum Clauum.

3. Ostendit hinc Manum sinistram, inde Malleum & Forcipes decussatas,

5. Fere



## PROTESTATIO

4. Fert Manum dexteram, & altera sui parte  
Clauum.

5. Habeat hinc Cor, inde Lanceam.

6. Vulnere omnia stillent quasi sanguine.

**I**NSPICE Vulnere pendentis, Sanguinem Mori-  
entis, precium redimentis. Hæc quanta sit co-  
gitate. Hæc in Statere vestri cordis appendite: ve-  
rotus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus  
est affixus in Cruce.

*S. August. lib. de Virg.*

---

## PROTESTATIO MORITURI AMATORIS CHRISTI CRUCIFIXI.

**E**GO peccator indignissimus, redemptus pre-  
ciolo Sanguine Domini nostri IESU CHRISTI  
CRUCIFIXI, palam profiteor, me sincero corde  
ignoscere omnibus, qui quouis modo mihi iniu-  
riam, vel molestiam aliquam vnquam intulerunt:  
& humiliter rogo, tam præsentem, quàm absentem,  
omnes, vt mihi vicissim ignoscant, & dimittant,  
si in aliquo eos offendi.

Agnosco me hæctenus nõ vixisse pure, nec sanctè  
coram Domino, sicut viuere debueram: agnosco  
scelera mea multa uimis: agnosco culpas, & negli-  
gentias meas infinitas. Agnosco quicquid mali per  
om-



## MORITVRI AMATORIS!

omnem vitam commisi, & supplici mente, coram  
CRVCFIXO, à misericordissimo Domino DEO  
Nostro veniam peto: dolens, quod vnquam eum  
offenderim, & proponens deinceps vitare pec-  
cata.

Quamuis autem grauius & multis modis ha-  
ctenus deliquerim, non tamen diffido de omni-  
potenti, & benignissimâ misericordia ipsius Re-  
demptoris mei: sed spero me per meritum PASSI-  
ONIS, CRVCRIS, & MORTIR eius, non autem ita per  
merita mea, participem futurum æternæ vitæ,  
atque hæreditatis. Ego CRVCEM, & PASSIONEM  
eius sacratissimam pro refugio, munimentoque  
tutissimo habeo. Ego eam inimicis meis, inuisi-  
bilibus, semper & vbique, tanquam Armaturam  
inexpugnabilem obijcio. Eandem Sanctissimæ  
TRINITATI, pro meritis, quæ mihi desunt, & pro  
perfectâ satisfactione de peccatis meis offero.

Credo in DEVM Patrem Omnipotentem, Crea-  
torem cœli & terræ: & in IESVM CHRISTVM Fili-  
um eius Vnicum Dominum Nostrum. Qui con-  
ceptus est de Spiritu Sancto, natus ex MARIA  
Virgine. Passus sub Pontio Pilato. CRVCFIXVS,  
mortuus & sepultus. Descendit ad inferos. Ter-  
tiâ die resurrexit à mortuis. Ascendit in cœlum.  
Sedet ad dexteram DEI Patris Omnipotentis.  
Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.  
Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam  
Catholicam, Sanctorum communionem, Remis-  
sionem peccatorum, Carnis resurrectionem, &  
vitam æternam Amen.

Pro-



PROTESTATIO MORITURI AMATORIS,

Protestor me credere vniuersa, quæ Fides catholica continet, & quæ à veris, orthodoxisque Christi fidelibus credenda sunt,

Quod si vel impugnatione Diaboli, vel violentia morbi pressus, aliquid huic proposito contrarium cogitarem, loquerer, aut facerem: iam illud reuoco: & contestor me nullo modo consentire talibus cogitationibus; verbis, aut operibus.


Gaudeo & gratias ago, misericordissimo Creatori, & Saluatori meo IESU CHRISTO CRUCIFIXO, cuius ineffabili pietate, me in sancta fide Christianâ moriturum confido. In manus CRUCIFIXI mei Domini sanctissimas, animam, & corpus meum, nunc, & in horâ mortis meæ commendo.

*Socii gsm Paderb.*


S.  
D. I.  
H. E. G.
































IN NOMINE DOMINI AMEN




AGNUS DEI QUI TOLLIS



PECCATA MUNDI MISERE



REQUIE SCIENTIA DOMINI



QUI TOLLIS PECCATA



Th

3227